# Regule domini Bonifatii pape noni amen

*Transkription von **OL 911**, fol. 126r-140r. Die Regeln OT 5, 15, 15a, 24, 38-40, 44, 50, 55 und 56, ME 3-15 sind nach **Budapest 81** ergänzt. Vgl. auch die Angaben zu den Extravaganten.*

***OT** = Regulae cancellariae apostolicae. Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nikolaus V., gesammelt und herausgegeben von Emil von Ottenthal, Innsbruck 1888, Neudruck Aalen 1968, S. 255-268.*

***HO 1-14, ME 1-35*** und ***WI*** *= bislang ungedruckte Regeln, sofern nichts Anderes angegeben.*

**OT 1**[a]. Et primo dominus noster dominus[b] Bonifatius papa nonus, II nonas novembris pontificatus sui anno primo[1], post assumptionem[2] et ante coronationem suam[3] regulas suprascriptas dominorum Iohannis, Benedicti, Clementis, Innocentii, Urbani quinti, Gregorii et Urbani sexti Romanorum pontificum suorum predecessorum secundum modificationes, declarationes et determinationes eorum suprascriptas approbavit et suo voluit tempore observari, nisi aliud in contrarium duxerit ordinandum.

[1] *1389 November 4*.
[2] *1389 November 2*.
[3] *1389 November 9*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* I
[b] dominus *fehlt OL 911*

**OT 2**[a]. Item, idem dominus noster Bonifatius papa nonus, eadem die[1], declaravit omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia nec non dignitates, personatus et officia quecumque secularia et regularia cum cura et sine cura, que per felicis recordationis dominum[b] Urbanum papam VI predecessorem suum fuerant dispositioni sue reservata et de quibus idem predecessor non disposuerat et que tempore obitus dicti predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et etiam decretum eiusdem predecessoris affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice potuisse vel posse disponere quoquo modo ac decrevit ipse dominus noster irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam[c] quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel in posterum contigeret attemptari.

[1] *(1389 November 4)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* II
[b] dominum *fehlt OL 911*
[c] quoquam *OL 911* quaquam

**OT 3**[a]. Dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, in die coronationis sue videlicet V idus novembris pontificatus sui anno primo[1], reservavit dispositioni et collationi sue omnes dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas ac alia beneficia ecclesiastica quecumque secularia et regularia cum cura et sine cura in civitate ac diocesi Neapolitan(is)[2] tunc actu vacantia et in posterum vacatura usque ad decennium a dicta die computandum, ita quod nullus preter ipsum de illis posset disponere quoquo modo, ac decrevit ex tunc irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et voluit, quod, si quis aliquod de dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis aut aliis beneficiis predictis qualitercumque etiam ab ipso domino nostro impetraret, huiusmodi impetrationes, nisi de ista reservatione plenam et expressam facerent mentionem, eo ipso essent nulle et casse ac irrite nulliusque roboris vel momenti.

---

[1] *1389 November 9*.
[2] *Neapel, Kampanien, Italien*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* III

**OT 4**[a]. Item dictus dominus noster Bonifatius papa nonus, II nonas decembris pontificatus sui anno primo[1], specialiter reservavit collationi, ordinationi et dispositioni sue omnes dignitates, personatus et officia, canonicatus et prebendas et alia beneficia, de et super quibus sibi placebit uti speciali reservatione, si et prout ei videbitur, et non alias[b].

---

[1] *1389 Dezember 4*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* IIII
[b] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 5**[a]. Item idem dominus noster, XIIII kalendas februarii pontificatus sui anno primo[1], extendit gratias per ipsum factas in rotul(is) cardinalium pro ipsorum familiaribus domesticis commensalibus ad eorum familiares non domesticos neque tunc commensales.

---

[1] *1389 Januar 19*.

---

[a] *Fehlt in OL 911 und VL 4988*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**OT 6**[a]. Item idem dominus noster dominus[b] Bonifatius, III nonas ianuarii anno predicto[1], declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod omnes familiares sui domestici continui et commensales in gratiis expectativis per ipsum eis factis concurrentes in dat(a) cum aliis familiaribus eius non commensalibus et aliis quibuscumque preferentur huiusmodi aliis familiaribus non commensalibus et aliis quibuscumque[c] preterquam dominis cardinalibus et quod familiares non commensales cum aliis non familiaribus concurrentes aliis non familiaribus similiter preferantur[d].

[1] *1390 Januar 3*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* V
[b] dominus *fehlt OL 911*
[c] quibuscumque *fehlt OL 911*
[d] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 6a**[a]. Ad declarationem predicte regule predictus dominus noster, VI kalendas iulii pontificatus sui anno VI[1], declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod predicta regula vendicet sibi locum, etiam quando familiares predicti haberent gratias in genere vel in specie de uno vel pluribus beneficiis usque ad certam summam vel de uno beneficio tantum ad unam vel plures collationes pertinen(te) et alii familiares non commensales vel quicumque alii haberent gratias de canonicatibus sub expectationibus prebendarum et essent eis canonicatus collati et prebendas expectarent, videlicet quod predicti habentes huiusmodi gratias de beneficiis etc., dummodo beneficia, que acceptaverunt vel acceptabunt, cadant in eorum gratiis, preferantur predictis aliis habentibus gratias de canonicatibus sub expectationibus prebendarum, etiam si ipsi habentes huiusmodi gratias de canonicatibus sub expectationibus prebendarum[b] presentassent prius litteras apostolicas super eis executoribus suis et recepti fuissent in canonicos pretextu ipsarum gratiarum[c].

[1] *1395 Juni 26*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* VI
[b] etiam si – prebendarum *von anderer Hand am rechten Rand mit Verweiszeichen*
[c] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 6b**[a]. Item dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, quinto kalendas iulii pontificatus sui anno decimo[1], ad limitationem dictarum duarum regularum proximarum statuit et ordinavit, quod beneficio predictarum duarum regularum et ordinationum gaudere non debeant, nisi veri familiares sui sibi servientes et actu commensales et qui ratione officiorum

[1] *1399 Juni 27*.

suorum reputantur commensales et familiares non commensales, qui ratione officiorum suorum familiares[b] sunt et reputantur familiares eo ipso, quod officium habent, prout sunt scriptores litterarum apostolicarum et alii similes. Alii vero, qui per litteras apostolicas bullatas recepti sunt in familiares seu ‹quibus›[c] gratie alie facte respicientes favorem familiarium sub quacumque forma vel conceptione verborum littere apostolice concepte sint sive eos appellet familiares domesticos commensales sive familiares non commensales sive concedat eis privilegium familiarium commensalium vel quod gaudeant privilegiis et honoribus, quibus familiares domestici et continui commensales gaudent, quoad concursum in gratiis et beneficiis cum quibuscumque aliis familiaribus et non familiaribus supradicte regule in nullo suffragantur, sed dispositioni iuris communis subiciantur et remaneant, que voluit observari in preteritis nondum decisis ac presentibus et futuris.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* VII
[b] familiares *interlinear von anderer Hand*
[c] *Emendation von Ottenthal*

**OT 7**[a]. Item ordinavit et voluit idem dominus noster, XII kalendas februarii anno predicto[1], quod in gratiis per eum de cetero faciendis de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis per clausulam generalem videlicet „Etiamsi alias quovis modo vacet“ non veniant beneficia vacantia per adhesionem antipape aut sequacium suorum nec vacantia per privationem per eundem dominum nostrum vel eius auctoritate factam.

---

[1] *(1399) Januar 21*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* VIII

**OT 8**[a]. Item, quinto idus martii anno predicto[1], declaravit intentionis sue fuisse et esse, quod, si aliquas gratias expectationum quibuscumque personis fecisset vel in posterum faceret, in quorum *(!)* supplicationibus clausula „Anteferri“ peteretur, quod huiusmodi gratie non expediantur quoad eandem clausulam, nisi predicta clausula „Anteferri“ signanter per eundem dominum nostrum manu propria poneretur.

---

[1] *(1399) März 11*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* VIIII

**OT 9**[a]. Item voluit idem dominus noster, XV kalendas novembris anno predicto, quod nullus vigore gratie expectative ab ipso impetrate vel impetrande posset acceptare beneficia

vacantia in Romana curia per mortem quorumcumque, etiamsi habens expectantiam habeat clausulam in genere vel in[b] specie, quod beneficia in curia vacantia possit acceptare.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* X
[b] in *fehlt OL 911*

**OT 10**[a]. Item declaravit idem dominus noster, VI nonas martii pontificatus sui anno secundo, sue intentionis fuisse et esse ac decrevit, quod gratie de capellanatu honoris apostolice sedis personis quibuscumque per ipsum concesse ac in futurum concedende, nisi constet seu constare possit, quod de expresso consensu personarum ipsarum, quibus huiusmodi gratie concesse fuerint aut concedi continget in futurum, gratie huiusmodi fuerit*(!)* impetrate, etiamsi super illis apostolice littere confecte appareret*(!)*, nullius existant roboris vel momenti.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XI

**OT 11**[a]. Item voluit idem dominus noster, VI nonas martii pontificatus sui anno secundo[1], quod, si quem ex litigantibus in Romana curia super quocumque beneficio ecclesiastico aut dignitate vel personatu seu officio decedere, cedere, matrimonium contrahere vel religionem intrare vel aliquis alius casus contingat, propter quem ius illi competens in tali beneficio, dignitate, personatu vel officio vacet aut vacare speretur, et alius conlitigans in iure seu ad ius huiusmodi, si quod illi competeret, per eundem dominum nostrum surrogetur aut surrogari mandetur, auditor datus ad causam ipsam non prius in ipsa vel ad provisionem surrogati vel surrogandi procedat quam ipse docuerit per apostolicas vel alias autenticas litteras ipsius beneficii collatoris seu*(!)* saltem colorato titulo causam ipsam non malitiose nec fraudulenter, sed pure et bona conscientia incohasse ipsique etiam auditori hoc ipsum visum fuerit ex verisimilibus coniecturis, quo casu ad predicta procedat iustitia mediante, alioquin voluit dictus dominus noster dictas surrogationem et commissionem et quecumque inde secuta nullius existere roboris vel momenti et hoc etiam extendi voluit ad quascumque causas et litigia in dicta curia pendentia indecisa etiam per appellationem.

---

[1] *1391 März 2*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XII

**OT 12**[a]. Item declaravit idem dominus noster, VI kalendas martii anno pontificatus sui[b] secundo[1], sue intentionis fuisse et esse, quod, si in aliquo rotulo per eum signato super gratiis expectationum reperiatur aliqua supplicatio de beneficio vacan(te), quod per signationem suam generalem videlicet „Fiat pro omnibus suprascriptis“ supplicatio de beneficio vacan(te) non intelligatur signata nec littere apostolice super illis expediantur.

---

[1] *1391 Februar 24*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XIII
[b] pontificatus sui *fehlt OL 911*

**OT 13**[a]. Item voluit et ordinavit idem dominus noster, videlicet X kalendas iunii pontificatus sui anno secundo[1], quod, si aliquis clericus vel persona ecclesiastica, cortesanus vel cortesana aut alias in Romana curia quavis de causa vel de loco, in quo eadem curia fuerit aut Romane ecclesie[b] immediate subiecto existens aut in eo domicilium vel incolatum habens vel residens deinceps traxerit alium clericum vel personam aliam ecclesiasticam, cortesanum vel cortesanam aut in Romana curia alias[c] quavis de causa vel de loco predictis existentem aut in eo domicilium vel incolatum habentem vel residentem ad iudicium vetitum[d], ipso facto sit privatus omnibus beneficiis, que obtinet, et inhabilis perpetuo ad beneficia aliqua ecclesiastica obtinenda.

---

[1] *1391 Mai 23*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XIIII
[b] de causa – ecclesie *OL 911 von anderer Hand am linken Rand mit Verweiszeichen*
[c] alias *OL 911 am rechten Rand von anderer Hand mit Verweiszeichen*
[d] vetitum *OL 911* vetidum

**OT 13a**[a]. Item idem dominus noster, XIIII kalendas martii pontificatus sui anno quinto[1], similiter voluit et ordinavit observari in personis laicalibus, videlicet ut, si aliquis clericus vel persona ecclesiastica, cortesanus vel cortesana aut alias in Romana curia vel de loco, in qua ipsa curia fuerit, vel Romane ecclesie immediate subiecto existens aut in eo domicilium vel incolatum habens vel residens traxerit ad forum vetitum[b] aliquem laicum cortesanum aut in eadem curia quavis de causa vel de dicto loco existentem aut in eodem domicilium vel incolatum habentem vel residentem similiter ipso iure omnibus beneficiis, que obtinet, sit privatus et inhabilis perpetuo ad beneficia et officia obtinenda. Si vero laicus cortesanus aut in curia vel de dicto loco predictis existens aut in eo domicilium vel incolatum habens vel residens traxerit ad ipsum forum vetitum[c] clericum vel personam eccle-

siasticam aut laicalem cortesanum vel cortesanam vel in dicta curia quavis de causa aut de dicto loco existentem vel in eo domicilium vel incolatum habentem vel residentem, sententiam excommunicationis et penam centum florenorum auri incurrat ipso facto et sit privatus omnibus officiis, que obtinet, et inhabilis perpetuo ad quecumque officia obtinenda.

---

[1] *1394 Februar 16*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XV
[b] vetitum *OL 911* vetidum
[c] vetitum *OL 911* vetidum

**OT 14**[a]. Item declaravit idem dominus noster dominus[b] Bonifatius, XV kalendas augusti pontificatus sui anno secundo[1], quod, quando aliquis petat ab ipso aliquod beneficium curatum aut dignitatem vel personatum vel curatum officium, et taliter petens patitur defectum etatis vel natalium vel alias tales, propter quos indigeat, quod secum dispensetur, per signaturam „Fiat, ut petitur“ non intelligatur esse cum tali dispensatum, nisi ipse dominus noster signanter scribat „Et dispensamus“.

---

[1] *1391 Juli 18*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XVI
[b] dominus *fehlt OL 911*

**OT 15**[a]. Item idem dominus noster, secundo kalendas ianuarii pontificatus sui anno quarto[1], voluit, ordinavit et mandavit, quod, si ipse de cetero alicui de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura seculari vel regulari, etiamsi canonicatus et prebenda ac dignitas, personatus[b], officium vel administratio fuerit, de quo antea sibi apostolica vel ordinaria auctoritate provisum vel ipse constitutus vel confirmatus fuerit, de novo hactenus vel de cetero providerit aut mandaverit seu concesserit provideri, ille talis, cui providebitur aut mandabitur seu concedet provideri, super huiusmodi provisione seu concessione[c] teneatur infra octo menses a die signate supplicationis computandos facere litteras apostolicas suas expediri vel saltim in Camera poni, alias huiusmodi provisio vel mandatum seu concessio nullius sint[d] roboris vel momenti.

---

[1] *1392 Dezember 31*.

---

[a] *Nr. 15 fehlt in OL 911, VL 4988*
[b] dignitas personatus *Budapest 81* personatus dignitas
[c] provisione seu concessione *Budapest 81* concessione seu provisione
[d] sint *fehlt Budapest 81*

**OT 15a**[a]. Item voluit idem dominus noster de iam signatis super similibus supplicationibus seu concessionibus, quod infra octo menses a die predicta, videlicet II kalendas ianuarii,[1] ut supra, teneantur.

---

[1] *(1392) Dezember 31*.

---

[a] *Nr. 15a fehlt in OL 911, VL 4988; in VL 3984 folgt 15b vor 15a*

**OT 16**[a]. Item idem dominus noster, II kalendas ianuarii pontificatus sui anno quarto[1], voluit et mandavit, quod de cetero nullus electus ad aliquam cathedralem ecclesiam vel abbas ad aliquod monasterium promotus electus consecrari et abbas benedici in Romana curia vel extra[b] possit seu debeat, nisi prius littere apostolice super promotione huiusmodi expedite et bullate ac registrate et a Camera apostolica expedite fuerint. Contrarium vero facientes tam consecrati et benedicti quam consecrantes et benedicentes excommunicationis sententiam incurrant ipso facto.

---

[1] *1392 Dezember 31*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XVII
[b] vel extra *von anderer Hand mit Verweiszeichen am linken Rand*

**OT 17**[a]. Item voluit et ordinavit idem dominus noster, XIII kalendas martii pontificatus sui anno quinto[1], quod per signaturam suam per „Fiat, ut petitur“ non veniant nisi duo minora petita, videlicet unum t(antu)m ultra illud, quod veniret per „Fiat P[2]“, exceptis clausulis generalibus in petitionibus signantis express(is), quas omnes voluit in petitionibus de beneficiis vacantibus aut certo modo vacaturis t(antu)m venire et venisse.

---

[1] *1394 Februar 17*.
[2] *Bonifaz IX. signierte die Suppliken mit* P, *vgl.* Bresslau, *Handbuch 2 S. 105.*

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XVIII

*VL 4988 Marginalie:* Data petita

**OT 18**[a]. Item, eadem die[1], declaravit idem dominus noster sue intentionis fuisse et esse, quod, si in aliqua supplicatione petatur dat(a) anterior, quod nullatenus ipsa dat(a) petita veniat, nisi ipse dominus noster in signatura manu sua ponat signanter „Sub dat(a)petita“ aut ipsam dat(am) petitam ad partem signet.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XVIIII

**OT 19**[a]. Item, eadem die[1], declaravit idem dominus noster intentionis sue fuisse et esse, quod beneficia quorumcumque, qui in loco scriptorum litterarum apostolicarum aut penitentiarie absentium sint positi aut substituti vel in posterum ponentur vel substituentur, ac etiam illorum scriptorum predictarum litterarum, qui scribunt litteras secretas aut alias sine participatione emolumenti communis officiorum ipsarum litterarum, fuerint et sint dispositioni apostolice reservata sicut beneficia verorum scriptorum predictarum litterarum.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XX

**OT 20**[a]. Item, eadem die[1], idem dominus noster declaravit intentionis sue fuisse et esse, quod beneficia quorumcumque servitorum Palatii apostolici in officiis ipsius Palatii servientium ubicumque cedentium vel decedentium fuerint et sint dispositioni apostolice generaliter reservata, ipsis tamen huiusmodi servitiis eiusdem Palatii insistentibus.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXI

**OT 21**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si quis impetraverit aliquod beneficium ‹vacans›[b] per obitum alicuius familiaris domestici et continui commensalis alicuius ex sancte Romane ecclesie cardinalibus tempore vacationis ipsius beneficii in dicti cardinalis servitiis actu persistent(is), quod, nisi impetrans fecerit mentionem in specie vel in genere in petitione sua de huiusmodi familiaritate, talis impetratio sit nulla.

[1] *(1394 Februar 17).*

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXII
[b] *Emendation von Ottenthal*

**OT 22**[a]. Item declaravit, eadem die[1], idem dominus noster intentionis sue fuisse et esse, quod vigore clausule in petitionibus generaliter posite videlicet „Non obstan(tibus) beneficiis et gratiis, que obtinet, in Cancellaria exprimend(is)“ non possit exprimere in litteris super eisdem gratiis conficiendis, nisi duo beneficia aut duas gratias aut unum beneficium et unam gratiam dumtaxat.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXIII

**OT 23**[a]. Item, eadem die[1], declaravit idem dominus noster intentionis sue fuisse et esse, quod, si aliquis petierit in aliqua supplicatione beneficium tamquam specialiter reservatum, quod nullatenus detur ipsa reservatio, nisi idem dominus noster papa poneret manu sua propria „Detur reservatio specialis“, et ultra hoc consulatur dictus dominus noster et eius mandatum et secunda iussio expectetur.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXIIII

**OT 24**[a]. Item, eadem die[1], declaravit idem dominus noster sue intentionis fuisse et esse, quod, si aliquis petierit in aliqua supplicatione aliquod beneficium, et quod in gratiis expectativis signatis „Fiat, ut petitur“ non veniant clausule generales de beneficiis generaliter reservatis aut de iure patronatus laicorum, nisi idem dominus noster in sua signatura manu propria posuerit „Et cum clausulis generalibus et de iure patronatus laicorum“ vel similia verba intentionem suam super hoc declarantia, exceptis gratiis expectativis dominorum cardinalium, protonotariorum ac etiam secretariorum et familiarium suorum domesticorum continuorum commensalium ipsius domini et auditorum Palatii apostolici causarum.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *Fehlt OL 911*

**OT 25**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit et voluit idem dominus noster, quod super petitionibus per eum signatis et signandis in posterum super quibuslibet unionibus faciendis aut confirmationibus unionum iam factarum non expediantur littere apostolice, nisi in huiusmodi petitionibus dictus dominus noster poneret manu sua propria „Unimus et confirmamus.“

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXV

**OT 26**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod littere super petitionibus signatis per eum aut per „Concessum“, in quibus data non est posita, non expediantur nisi sub dat(a) concurrenti illa die, qua in Cancellaria ponentur. Quam regulam eti-

[1] *(1394 Februar 17)*.

am[b] voluit observari[c] in omnibus supplicationibus iam retro temporibus per eum aut per „Concessum“ signatis, super quibus littere apostolice non fuerint expedite.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVI
[b] etiam *OL 911* et
[c] observari *OL 911 verbessert aus* observare

**OT 27**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster quod per „Concessum“ non veniat plus quam per „Fiat, ut petitur“. Quam regulam voluit etiam observari[b] in petitionibus per „Concessum“ iam signatis, super quibus littere apostolice nondum sunt expedite.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVII
[b] observari *OL 911 verbessert aus* observare

**OT 28**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si deinceps in aliqua supplicatione petatur aliquod beneficium de iure patronatus laicorum aut talis clausula „Etiamsi de iure patronatus laicorum existat“, littere apostolice super ipsa petitione vel cum clausula illa quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi in supplicatione ponatur expresse „Quod tale beneficium tanto tempore vacaverit, quod est ad sedem apostolicam devolutum“, vel nisi idem dominus noster propria manu sua ponat „Etiamsi de iure patronatus laicorum existat“ vel ad partem ipsam clausulam petitam signet.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVIII

**OT 29**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si deinceps in aliquibus supplicationibus in non obstan(tiis) ponantur ista verba „Non obstan(tibus) regulis et stilo Cancellarie contrariis“ ad effectum, quod ipse regule et stilus Cancellarie tollantur, propter tales non obstan(tias) non tollantur regule nec stilus, nisi idem dominus noster papa propria manu ponat „Regulis ac stilo Cancellarie non obstan(tibus), ut petitur“ vel alia verba idem importantia, ex quibus de sua intentione appareat, quod ea tollere velit vel ad partem concedat, quod impetranti non obstent regule aut stilus predicti.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVIIII

**OT 30**[a]. Item, eadem die[1], voluit, ordinavit et mandavit idem dominus noster, quod, si deinceps in aliqua supplicatione petatur aliquod beneficium per obitum ‹vacans›[b] in Cancellaria exprimend(um), littere super tali supplicatione nullatenus expediantur. Quam regulam etiam voluit observari[c] in supplicationibus iam signatis, super quibus littere apostolice nondum sunt expedite et, si contrarium fiat, ipsa gratia sit nulla.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXX
[b] *Emendation von Ottenthal*
[c] observari *OL 911 verbessert aus* observare

**OT 31**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod in omnibus litteris apostolicis conficiendis super gratiis per eum faciendis surrogationum, novarum provisionum illorum, qui asserunt beneficia sibi auctoritate quacumque iam esse collata et etiamsi neutri litigantium ius competat, ponatur clausula „Dummodo impetrans non fuerit in ipso beneficio intrusus“. Quam regulam voluit observari[b] etiam super petitionibus iam signatis, super quibus littere apostolice nondum sunt confecte.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXI
[b] observari *OL 911 verbessert aus* observare

**OT 32**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit, quod in litteris apostolicis conficiendis super gratiis beneficialibus, in quibus petitur, quod in beneficio, super quo litigatur, provideatur alicui, si neutri ius competat, ponantur hec verba „Dummodo in eo vel ad eum seu in illo vel ad illud non sit alteri ius quesitum“ etc., licet in petitionibus solum ponatur „In eo vel in illo“. Quam regulam voluit observari etiam in petitionibus iam signatis, super quibus littere apostolice nondum sunt confecte.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXII

**OT 33**[a]. Item, eadem die[1], declaravit idem dominus noster, quod, si ipse providerit iam vel in antea provideat alicui cardinali de aliquo beneficio vacante et eadem die providerit cuicumque alteri etiam ipsius domini nostri familiari domestico etiam continuo commensali[b], ipse cardinalis cuicumque alteri secum in dat(a) concurrenti preferatur. Si autem eadem

die de eodem beneficio provideat aut mandaverit seu concesserit provideri alicui familiari ipsius domini nostri et alteri non familiari, quod familiaris alteri preferatur. Si vero familiari domestico continuo commensali et altero familiari non domestico nec continuo et commensali, quod familiaris domesticus continuus et commensalis alteri familiari non domestico nec continuo et commensali preferatur. Et similiter familiares sui non commensales preferantur non familiaribus.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXIII
[b] commensali *OL 911* commensalis

**OT 34**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit, quod, ubi sunt duo vel plures expectantes in eadem vel ad eandem collationem etc. in genere vel in specie eiusdem vel diversarum datarum, omnes possint beneficium vacans in eorum gratia cadens infra mensem a die notitie vacationis computandum acceptare et de illo facere sibi provideri, salvo cuiuslibet iure prioritatis et posterioritatis, videlicet quod prior tempore vel privilegio, concessione vel diligentia de iure preferendus, si acceptaverit et fecerit sibi provideri, posterioribus in assecutione ipsius beneficii preferatur. Quam regulam etiam servari voluit in expectantibus, qui iam beneficia acceptaverint, etiamsi super illis lis pendeat indecisa etiam per appellationem.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXIIII

*VL 4988 Marginalie:* Att(ente), quia fuit de facto et iudi / catum hoc de iure

**OT 35**[a]. Item, eadem die[1], voluit idem dominus noster, quod, si contingat ipsum providere vel mandare seu concedere provideri alicui de aliquo beneficio ecclesiastico, quod per illum vigore gratie ipsius domini nostri fuerit infra tempus debitum acceptatum, cadens in gratia sua, vel etiam obtinenti illud auctoritate ordinaria vel quavis alia et novam provisionem de ipso beneficio petenti, et eadem die de illo providerit vel concedat aut mandet provideri uni alteri, quod ille, qui dictum beneficium acceptaverat vel alias obtinebat, ut prefertur, et cui concesserit novam provisionem alteri preferatur. Et idem voluit fieri, quando surrogat vel concedit aut mandat surrogari aliquem in iure seu ad ius, quod[b] competebat alteri, et quando concedit alteri litigantium gratiam, si neutri competit ius, etc.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXV
[b] quod *OL 911* quando

**OT 36**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si ipse alicui mandet[b] seu provideat aut concedat[c] provideri de certo beneficio vacante et eadem die executor gratie expectative datus per ipsum dominum nostrum vigore eiusdem gratie providerit alicui expectanti de ipso beneficio, quod ille, cui dominus noster providerit vel mandaverit aut concesserit provideri, in dicto beneficio preferatur illi, cui per dictum executorem provideb(atu)r seu fuerit provisum.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXVI
[b] mandet *OL 911* mandat
[c] concedat *OL 911* concedit

**OT 37**[a]. Item voluit et ordinavit, eadem die[1], idem dominus noster, quod, si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum revocabile cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbatis vel superioris non possint amoveri, littere quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem dominus noster ponat signanter „Et quod non possit amoveri“ vel ad partem ipsam clausulam concedat.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXVII

**OT 38**[a]. Item, eodem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si quis habeat gratiam expectativam cum clausula „Anteferri“ vel sub data V idus novembris pontificatus sui anno primo[2] et petat aliam gratiam expectativam vel beneficium vacan(tem) et non fecerit mentionem de prima gratia expectativa, quam habet sub dat(a) quinto idus, et de clausula „Anteferri“, quod talis gratia non valeat quoad ipsam clausulam[b]. Idem voluit observari in reformationibus, in quibus de tali gratia cum clausula predicta vel cum dat(a) quinto idus non fecerit mentionem, exceptis dominis cardinalibus et familiaribus ipsius domini nostri domesticis continuis commensalibus, protonotariis ac apostolici Palatii auditoribus et secretariis ipsius domini nostri.

[1] *(1394 Februar 17)*.
[2] *1389 November 9*.

[a] *fehlt in OL 911, VL 4988*

[b] quoad - clausulam *Budapest 81 unterstrichen*

**OT 39**[a]. Item voluit et ordinavit, eodem die[1], quod, si quis habens tres gratias expectativas obtinuerit hactenus aut obtineat in futurum quartam gratiam expectativam, quod illa quarta nullatenus expediatur et, si contrarium fuerit factum, ipsa quarta gratia expectativa et quecumque inde secuta sint nulla quodque, si aliquis hactenus habuerit ultra tres gratias expectativas et de tribus earundem consecutus fuerit[b] effectum, relique expectative gratie eo ipso sint nulle, casse et irrite. Si vero nondum est consecutus effectum illarum aut aliquarum ipsarum aut de tribus primis, tantum possit consequi, et quod relique sint casse, irrite et nulle, exceptis dominis cardinalibus, familiaribus ipsius domini nostri domesticis continuis et commensalibus et protonotariis et auditoribus Palatii ac secretariis domini nostri.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *fehlt in OL 911, VL 4988*
[b] fuerit *fehlt Budapest 81*

**OT 40**[a]. Item, eodem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si quis habens duas gratias expectativas sub data IIII, quinto, tertio vel secundo idus novembris pontificatus sui anno primo[2] aut in duabus gratiis clausulam „Anteferri“ sub quacumque data hactenus obtinuerit vel obtineat in futurum aliam vel alias gratias expectativas, quod relique ultra eas ipsas primas duas et processus habiti et habendi per easdem sint casse et nulli et quod, si vigore aliarum gratiarum[b] ultra dictas primas duas beneficium seu beneficia assequatur, quod in eis propterea nullum ius eis acquiratur, exceptis dominis cardinalibus et familiaribus ipsius domini nostri domesticis continuis et commensalibus ac protonotariis et apostolici Palatii auditoribus et secretariis domini nostri pape predictis.

[1] *(1394 Februar 17)*.
[2] *1389 November 9, 10, 11 und 12*.

[a] *fehlt in OL 911, VL 4988*
[b] gratiarum *fehlt Budapest 81*

**OT 41**[a]. Item, eadem die[1], voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, si ipse alicui persone hactenus concesserit, quod possit obtinere ultra duo beneficia incompatibilia, talis persona vigore huiusmodi concessionis non possit tenere nisi duo incompatibilia tantum,

[1] *(1394 Februar 17)*.

que infra annum duxerit eligenda, et ipsis duobus debeat esse contentus, et decrevit ex tunc reliqua, que talis impetrans tenet, incompatibilia vacare. Et ab ista regula voluit esse exceptos dominos cardinales sancte Romane ecclesie et protonotarios ac secretarios et familiares domesticos continuos et commensales ipsius domini nostri et auditores Palatii apostolici ac voluit, quod, si deinceps aliquis peteret, quod possit obtinere ultra duo incompatibilia, quod littere per „Fiat, ut petitur, et dispensamus“ non expediantur, nisi idem dominus noster signanter et expresse concederet et exprimeret, quod possit habere ultra duo, exceptis predictis superius exceptuatis.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXVIII

**OT 42**[a]. Item ordinavit idem dominus noster, eadem die[1], quod, si aliquis petat indulgentiam in mortis articulo pro nominandis in Cancellaria, quod littere[b] nullatenus expediantur, nisi idem dominus noster signanter poneret „Fiat de nominat(is)“.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXVIIII
[b] quod littere *fehlt OL 911*

**OT 43**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit idem dominus noster, quod, si ipse alicui ecclesie vel loco concedat indulgentias per „Fiat, ut petitur“, non veniant nisi tres anni et tres quadragene et ad decennium tantum, licet plures anni petantur, nec in perpetuum, nisi idem dominus noster manu propria poneret numerum annorum vel in perpetuum aut nisi pro una die tantum anni petantur, quo casu veniat more solito in perpetuum.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXX

**OT 44**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit idem dominus noster, quod littere super capellanatu honoris aut commensalis nullatenus „Gratis pro Deo“ expediantur, cum non deceat Romanum pontificem habere capellanos mendicos.

---

[1] *(1394 Februar 17)*.

---

[a] *fehlt OL 911*

**OT 45**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit idem dominus noster, quod, si quis obtinens pacifice[b] beneficium[c] valoris sexaginta florenorum auri[d] annuatim petat super aliqua gratia[e] expediri litteras apostolicas „Gratis pro Deo“, quod[f] littere super illo[g] nullatenus expediantur „Gratis pro Deo“, nisi solvat, nisi iuret se non habere de presenti et eo casu obliget se ad solvendum infra certum tempus ... sibi prefigendarum[h].

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXI
[b] pacifice *fehlt Budapest 81*
[c] beneficium *OL 911* beneficia
[d] auri *fehlt OL 911*
[e] aliqua gratia *OL 911* aliquam gratiam *(!)*
[f] quod *fehlt OL 911*
[g] illo *OL 911* ea
[h] nisi iuret - prefigendarum *Budapest 81*

**OT 46**[a]. Item voluit et ordinavit, eadem die[1], idem dominus noster, quod, si quis habeat gratiam expectativam de uno, duobus, tribus aut pluribus seu tot beneficiis ecclesiasticis, quod eorum fructus etc. ad certam summam annuatim asce‹n›dant, in certis provinciis, civitatibus aut diocesibus vel locis etiam ad collationem etc. quorumcumque collatorum seu collatricum, vigore gratie talis expectans non possit ultra quattuor beneficia acceptare nec de illis facere sibi provideri et, si forsan vigore[b] talis gratie iam huiusmodi quattuor beneficia fuerit assecutus, ipsis contentus remaneat, et gratia ipsa ac processus habiti per eandem et quecumque inde secuta quoad reliqua sit cassa et nulla, exceptis dominis cardinalibus, protonotariis, secretariis et familiaribus domesticis continuis et commensalibus ipsius domini nostri et auditor(ibus) Palatii apostolici causarum.

[1] *(1394 Februar 17)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXII
[b] vigore *OL 911* vigor

**OT 47**[a]. Item voluit et statuit ac ordinavit idem dominus noster, VI kalendas maii pontificatus sui anno quinto[1], quod de cetero nullus obtinens canonicatum et prebendam in ecclesia Lateranensi[2] vel in basilica principis apostolorum de Urbe[3] possit impetrare vel obtinet de novo canonicatum et prebendam in ecclesia sancte Marie maioris de Urbe predicta et, si secus fieri contigat, impetratio sit nulla et irrita ipso facto.

[1] *1394 April 26*.
[2] *San Giovanni in Laterano*.
[3] *San Pietro in Vaticano*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXIII

*Marginalie VL 4988* Quod quis faciat sibi provideri infra mensem a tempore acceptationis

**OT 48**[a]. Item, IIII kalendas maii pontificatus sui anno quinto[1], idem dominus noster dominus Bonifatius papa nonus ordinavit et voluit, quod deinceps quicumque vigore[b] gratiarum expectativarum acceptaverint quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia cum cura vel sine cura, etiamsi[c] canonicatus et prebende aut dignitates, personatus vel officia aut administrationes fuerint, teneantur et debeant infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de huiusmodi beneficiis per eos, ut prefertur, acceptatis facere sibi per suos executores vel subexecutores provideri, alioquin elapso dicto mense huiusmodi acceptationes per eos facte et quecumque inde secuta ac etiam huiusmodi gratie, quarum vigore acceptationes ipse fuerint facte, et processus per eos habiti et quecumque inde secuta quoad numerum et qualitatem beneficiorum, que acceptationes ipse concernent vel concernere potuerunt, eo ipso sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti.

[1] *1394 April 28*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXXIIII
[b] vigore *OL 911* vigor
[c] etiamsi *OL 911* et si

**OT 49**[a]. CAUSARUM AUDITORUM CARDINALIBUS[b].

Item ordinavit et voluit idem dominus noster, id‹ib›us maii pontificatus sui anno quinto[1], quod deinceps cause, quas aliqui ex auditoribus causarum Palatii apostolici movebunt contra quoscumque vel quicumque contra eos vel eorum aliquem, nullo modo committantur alicui seu aliquibus ex eisdem auditoribus, sed debeant committi dominis cardinalibus. Et idem voluit et ordinavit de causis, quas aliqui ex notariis dictorum auditorum movebunt contra aliquos vel aliqui contra ipsos.

[1] *1394 Mai 7*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXXV
[b] Causarum auditorum cardinalibus *von jüngerer Hand*

**OT 50**[a]. Item voluit, statuit, ordinavit et mandavit idem dominus noster, XVI kalendas iunii pontificatus sui anno quinto[1], quod, si quis petit*(!)* deinceps expedire litteras suas super quacumque gratia sive de iustitia „Gratis de mandato domini nostri“, per simplicem responsionem „Fiat B[2]“ vel per „Concessum“ littere non expediantur „Gratis de mandato“, nisi idem dominus noster manu propria signat*(!)* „Fiat gratis de mandato“. Per hoc autem non intendit preiudicare illis, qui ante huiusmodi ordinationem habuissent ab eodem domino nostro gratiam pro se vel familiaribus suis, quod eorum littere expedirentur in genere vel in specie „Gratis de mandato domini nostri pape“, vel etiamsi essent cubicularii ipsius domini nostri, pro quibus vult, quod littere eorum expediantur „Gratis de mandato“ indifferenter.

---

[1] *1394 Mai 16*.
[2] *Bonifaz IX. signierte die Suppliken mit* P*, vgl.* B*RESSLAU, Handbuch 2 S. 105.*

---

[a] *fehlt OL 911*

***Kraków 1288**, fol. 81r.*

**HO 1**[1]. Item ordinavit, idus novembris pontificatus sui anno tertio[2], quod, si deinceps contingat ipsum dispensare cum aliquo professo aliquem ordinem mendicantium, quod posset transire ad ordinem sancti Benedicti vel ad alium quecumque ordinem non mendicantium, quod littere apostolice super tali dispensatione non expediantur, nisi ille, cum quo dispensab(itu)r, primo solvat Camere apostolice centum florenos auri. Etsi infra unum mensem a tempore signature domini nostri pape computando littere non fuerint expedite, de cetero non expediantur, et eo ipso dispensatio sit nulla et nullius roboris vel momenti[a].

---

[1] *Diese Regel findet sich auch in Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 443 fol. 143r.*
[2] *1391 November 13.*

---

[a] *Layoutendnote*

**HO 2**. Item, quinto idus martii anno predicto[1], declaravit intentionis sue fuisse et esse, quod, si aliquas gratias expectationum quibuscumque personis fecisset vel in posterum faceret cum clausula „Anteferri“, quod huiusmodi gratie non valerent quoad eandem clausulam, etiamsi gratie ipse fuissent sortite effectum[a].

---

[1] *1392 März 11.*

---

[a] *Layoutendnote*

**HO 3**[1]. Item declaravit idem dominus noster, videlicet V idus martii pontificatus sui anno primo[2], sue intentionis fuisse et esse, quod, si ipse alicui sub certarum vel incertarum personarum specificatione aliquibus concurrentibus cum eis vel precedentibus eos in data gratiarum similium de canonicatibus sub expectationibus prebendarum vel de dignitatibus, personatibus seu officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus quibuscumque cum cura vel sine cura vacantibus vel vacaturis per eundem dominum nostrum factarum seu in antea faciendarum eisdem in assecutione canonicatuum et prebendarum ac dignitatum vel personatuum seu officiorum aut beneficiorum aliorum huiusmodi seu aliquorum eorundem anteferri debent aut debe‹re›nt, sub quibuscumque conditionibus, modo, forma seu expressione verborum, in genere vel in specie, directe vel indirecte concessisset vel in posterum concederet, huiusmodi concessiones et quecumque inde secuta, etiamsi tales, quibus de antelatione huiusmodi concessiones facte forent, canonicatibus(!) et prebendas, personatus et officia et alia beneficia huiusmodi seu eorum aliqua, que expectant, iam forent assecuti, nullius existant roboris vel momenti[a].

Iste due regule precedentes deberent stare a principio novarum regularum post quartam regulam[b].

---

[1] *= TA 1 Insert.*
[2] *(1390) März 11.*

---

[a] *Layoutendnote*
[b] *Layoutendnote*

**OT 51**[a]. Item ordinavit et voluit idem dominus noster, VIII idus octobris pontificatus sui anno quinto[1], quod, si quis deinceps impetraverit ab ipso aliquod beneficium vacans per obitum alicuius familiaris domestici et continui commensalis cuiuscumque sancte Romane ecclesie card(inalis) et actu ipsius cardinalis servitiis insistent(is), nisi talis impetrans in sua petitione fecerit expressam mentionem de huiusmodi familiaritate et de nomine illius domini cardinalis, cuius ille, per cuius obitum beneficium vacabit, erat familiaris, huiusmodi impetratio sit subreptitia et nullius roboris vel momenti.

---

[1] *1394 Oktober 8.*

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXXVI

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**OT 52**[a]. Item, eadem die[1], ordinavit et voluit, quod, si quis de cetero impetraverit ab ipso aliquod beneficium vacans per obitum alicuius veri familiaris ipsius domini nostri ubicumque decedentis, nisi talis impetrans assertive et expresse fecerit mentionem de huiusmodi familiaritate, asserens videlicet „Per obitum N., qui familiaris sanctitatis vestre existebat", impetratio huiusmodi sit subreptitia et nullius roboris vel momenti.

[1] *(1394 Oktober 8)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXVII

**OT 53**[a]. Item, eadem[b] die[1], ordinavit et voluit, quod, si qui eius familiares vel quicumque eius officiales et omnes alii, quorum beneficia essent reservata, habentes ab ipso domino nostro licentiam permutandi sive in Romana curia sive extra in manibus ordinariorum vel quorumcumque aliorum beneficia, que obtinent vel in posterum obtinebunt, vigore huiusmodi licentie in posterum permutabunt aliqua beneficia pro aliis beneficiis, huiusmodi beneficia, que ipsi loco dimissorum recipient, sint affecta et reservata dispositioni ipsius domini nostri, prout erant illa, que dimittunt, etiamsi tempore, quo permutabunt, destitissent esse familiares aut officiales ipsius domini nostri.

[1] *(1394 Oktober 8)*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXVIII
[b] eadem *fehlt OL 911*

*VL 4988 Marginalie (von jüngerer Hand):* litterarum expeditio

**OT 54**[a]. Item ordinavit et voluit idem dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, videlicet pridie idus iunii pontificatus sui anno VI[1], quod deinceps quicumque impetraverint ab eo aliqua beneficia vacantia vel certo modo vacatura, nisi infra unum annum a die dat(e) impetrationis huiusmodi computandum fecerint fieri et expediri litteras apostolicas super gratiis huiusmodi confectas, tales gratie elapso huiusmodi anno sint casse et nulle et littere postmodum super eis non expediantur. Et idem voluit de gratiis similibus per ipsum antea factis, videlicet quod, nisi littere apostolice infra unum annum a tempore huiusmodi ordinationis confecte fuerint, tales gratie eo ipso sint casse ac nulle. Quam ordinationem voluit extendi etiam ad promotiones archiepiscoporum, episcoporum et abbatum ac aliorum prelatorum quorumlibet per ipsum iam promotorum vel in posterum promovendorum.

[1] *1395 Juni 12.*

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXXXVIIII

***Kraków 1288**, fol. 82r-v **/ Kiel 103**, S. 178-179.*

**Regule domini Bonifatii nove de anno octavo.**

**HO 4**. HABENS CLAUSULAM ANTEFERRI NON PREFERATUR DOCTORIBUS.

Primo ordinavit dominus noster Bonifatius papa nonus, quod deinceps nullus vigore gratie expectative obtente vel obtinende cum clausula „Anteferri“ preferatur cubiculariis, protonotariis, auditoribus, advocatis apostolici Palatii, litterarum apostolicarum correctoribus, Camere apostolice clericis, secretariis apostolicis, doctoribus vel licentiatis iuris canonici vel civilis, magistris in theologia ac in medicinis vel licentiatis aut baccalariis formatis in dicta theologia vel illustribus.

**HO 5**. VIGORE CLAUSULE „ANTEFERRI“ SOLUM UNUM BENEFICIUM VENIAT, NISI SIT ... PERSONIS.

Item ordinavit, quod deinceps in Anglia et Alamania, Flandria, Boemia, Ungaria, Castella, Portugalia et Italia nullus vigore cuiuscumque gratie expectative concesse vel concedende gaudeat nisi una clausula „Anteferri“ et ad unum beneficium dumtaxat, nisi forsan habeat ad canonicatum sub expectatione prebende ac dignitatis, personatus vel officii, quo casu gaudere posset prebenda, dignitate, personatu vel officio, exceptis doctoribus in iure canonico vel civili, magistris in theologia vel in medicina ac licentiatis, baccalariis formatis in eadem theologia et illustribus, qui duabus clausulis „Anteferri“ et ad duo beneficia dumtaxat gaudere valeant et sint contenti, et quod littere apostolice et processus habiti per eosdem quoad reliqua ex tunc sint cassa et irrita et, si forsan fuerint iam in? I? assecuti, illis sint contenti, exceptis cardinalibus, cubiculariis, protonotariis apostolicis, auditoribus, advocatis apostolici Palatii, correctoribus litterarum apostolicarum, clericis Camere apostolice, secretariis apostolicis, qui in restrictione et regula huiusmodi nullatenus comprehendantur.

**HO 6**. [QUOD] CLAUSULA? „ANTEFERRI“ DURAT SOLUM AD ANNUM.

Item ordinavit, quod gratie quibuscumque cum clausula „Anteferri“ concesse vel concedende non durant ultra unum annum a data presentis constitutionis computand(um).

**HO 7**. EXPECTANTI NON VENIUNT RESERVATA LICET HABENT ... AD RESERVATA.

Item ordinavit, quod nullus*(!)* vigore cuiusvis gratie expectative obtente vel obtinende possint deinceps acceptare beneficia quovismodo generaliter vel specialiter reservata, etiamsi in eorum bullis eis fuerit concessum, quod possint acceptare beneficia ipsa reservata et de eis sibi provideri.

**HO 8**. EXPECTANTI AD DIGNITATES [NO]N VENIUNT MAIORES NEQUE PRINCIPALES IN COLLEGIATIS.

Item ordinavit, quod nullus deinceps possit assequi cuiusvis gratie expectative vigore concesse vel concedende dignitates maiores post pontificales in patriachalibus, metropolitanis et cathedralibus aut principal(es) in collegiatis ecclesiis, cardinalibus, cubiculariis apostolicis, protonotariis, auditoribus, advocatis apostolici Palatii, correctoribus litterarum apostolicarum, Camere apostolice clericis, secretariis apostolicis, in iure canonico vel civili doctoribus, in theologia vel medicina magistris ac in theologia licentiatis vel baccalariis formatis, illustribus ac regno Sicilie exceptis.

**HO 9**. QUOD POST ACCEPTATIONEM ET [PRO]VISIONEM INFRA IIII MENSES IN ‹L›OCUM PROPALAVIT ACCEPTATIONEM[a].

Item ordinavit, quod, si quis acceptaverit ‹vigore› cuiusvis gratie concesse vel concedende aliquod beneficium cadens in gratia sua et de eo sibi fecerit provideri, quod infra quattuor menses huiusmodi acceptationem vel provisionem in loco beneficii propalavit public(e), quod ex tunc nullatenus audiatur. Quam ordinationem extendi voluit ad lit(es) inceptas et decis(iones) pendent(es).

[a] am rechten Rand: Nota. Debet.. manifestare acceptationem provisionem in loco beneficii infra 4[or] menses

**HO 10**. ... BENEFICI(.) ... / ... ... ET / ... DIMISS(..) NON / ... ..., SED / ... ACCEPTARI.

Item ordinavit, quod in ecclesiis, in quibus est consuetudo optandi, per optionem illorum, ex quorum personis beneficia sunt reservata, non impediatur optio aliorum in prebendam, per huiusmodi optionem dim‹i›ssam nec impediantur expectantes in acceptando beneficia per ipsam optionem dimissam? nec ipsa dimissa sub aliqua remaneant reservation(e).

**HO 11**. UNIONES SUNT REVOCATE.

Item revocavit omnes uniones per eum aut per predecessores Roman(os) pontifices factas aut, quas fieri mandavit, que non sunt sortite effectum.

**HO 12**. [V]ERI FAMILIARES PRE[FERU]NTUR BULLATIS.

Item ordinavit, quod veri familiares apostolici preferantur aliis familiaribus fict(is), id est cum bulla factis et faciendis, cum eis concurrentibus in data, etiamsi ipsi ficti fuerint eis diligentiores in presentando eorum bullas et fuerint beneficia assecuti et in ipsis bullis eis fuerit concessum, quod omnibus privilegiis, immunitatibus, privilegiis, libertatibus, antelationibus et aliis prerogativis dictis veris familiaribus concessis uti valeant et gaudere.

**HO 13**. BULLATI FAMILIARES NON POSSUNT UTI PRIVILEGIIS, QUIBUS VERI FAMILIARIBUS UTUNTUR, ETIAMSI EIS FUERIT CONCESSUM.

Item ordinavit, quod dicti familiares cum bulla facti et de cetero fiendi non gaudeant privilegiis, immunitatibus, libertatibus, antelationibus et aliis prerogativis aliis familiaribus veris predictis concessis vel concedendis, etiamsi in eorum bullis, quod eis gaudeant, fuerit concessum, ut prefertur.

**HO 14**. INFIRMUS PERMUTANS BENEFICIUM ET IN EADEM INFIRMITATE INFRA SEX MENSES DECEDENS PERMUTATIO NON VALET ET TALE BENEFICIUM VACAT ...

Item ordinavit, quod, si deinceps aliquis in infirmitate constitutus, de qua infra sex menses decesserit, renuntiaverit ex causa permutationis vel alias liber(e) et simpliciter beneficia sua cum aliis, quod tunc permutatio non valeat, sed renuntiatio teneat, et quod collatio ipsorum beneficiorum ipsius decedentis a data ipsius renuntiationis sit[a] sedi apostolice reservata.

[a] sit *Kraków 1288* sint

**HO 15**. QUOD DUO INCOMPATIBILIA ... TENERE NON POTEST EXCEPTIS DOCTORIBUS.

Item ordinavit, quod de cetero nullus possit obtinere quovis modo et ex quavis concessione facta aut fienda duo incompatibilia, doctoribus in iure canonico vel civili aut magistris in theologia vel in medicina aut in theologia licentiati vel baccalariis formatis et illustribus exceptis, qui duo incompatibilia tantum obtenta vel obtinenda possi‹n›t obtinere, et exceptis cardinalibus, cubiculariis apostolicis, protonotariis, auditoribus et advocatis, litterarum apostolicarum correctoribus, Camere apostolice clericis, secretariis apostolicis, qui huiusmodi restrictione et regula nullatenus comprehendantur.

**HO 16**. Dominus noster Bonifatius divina providentia papa nonus, nono kalendas iunii pontificatus sui anno octavo[1], ordinavit, quod regule facte per eum de beneficiis vacantibus et novis provisionibus ac litteris provisionum ecclesiarum, monasteriorum de cetero non expediantur, nisi in forma infrascripta videlicet de litteris novarum provisionum expediend(is)[a].

---

[1] *1397 Mai 24.*

---

[a] *Layoutendnote*

**OT 15b**. Voluit et ordinavit idem dominus noster, nono kalendas iunii pontificatus sui anno VIII[1], quod de cetero teneantur tales impetrantes infra octo menses facere expediri huiusmodi litteras totaliter usque ad registrum inclusive, alioquin gratie sint nulle et littere ex post non expediantur[a].

---

[1] *1397 Mai 24*.

---

[a] *Layoutendnote*

**OT 54a**[a]. Voluit et ordinavit idem dominus noster, VIIII kalendas iunii pontificatus sui anno octavo[1], quod de cetero huiusmodi impetrantes et alii in ista regula comprehensi teneantur infra annum facere litteras suas expedire totaliter videlicet super beneficiis usque ad registrum inclusive. Prelati vero teneantur eas facere portari infra dictum terminum ad thesaurariam, ut moris est, alioquin ex post littere[b] non expediantur et gratie sint nulle. Et similiter provisiones dictorum prelatorum habeantur pro non factis.

---

[1] *1397 Mai 24*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* L
[b] littere *fehlt OL 911*

**HO 17**. DE FRUCTIBUS PRIMI ANNI DANDIS PAPE.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Conradus[1] miseratione divina Nicosiensis archiepiscopus domini nostri pape camerarius salutem in domino. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod sanctisissimus in Christo pater et dominus noster dominus Bonifatius divina providentia papa nonus ex certis causis eius mentem moventibus ac necessariis Romane ecclesie incumbentibus omnes et singulos fructus et redditus primi

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

anni omnium singularum ecclesiarum cathedralium secularium et regularium aut monasteriorum, cuiuscumque ordinis seu religionis existant, vacantium a die dat(e) presentium et in antea vacaturorum hinc ad tres annos proxime futuros a die dat(e) presentium numerandos dispositioni apostolice reservat(..) reservat pro dictis necessitatibus supportandis. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigill(um) camerariatus officii iussimus appen(sum) muniri. Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub anno domini MCCC nonagesimo septimo, indictione quinta, die X mensis iunii pontificatus etc. anno octavo[a2].

---

[1] *Conradus Caraccioli.*
[2] *1397 Juni 10.*

---

[a] *Layoutendnote*

**OT 55**[a]. Item, eadem die[1], declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod in gratiis expectativis per ipsum concessis et concedendis aliquibus cum clausula „Anteferri" non vult preiudicare aliquibus aliis similes gratias cum simili clausula primo habentibus et precedentibus eos in dat(a), sed secundum ordinem date etiam quoad ipsas clausulas ipsas gratias debuisse et debere sortiri effectum, ita quod prior in data in assecutione gratie ceteris preferatur.

---

[1] *(1397 Mai 24).*

---

[a] *fehlt OL 911*

**OT 56**[a]. Item, XVI kalendas iulii anno predicto[1], idem dominus noster declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod littere apostolice super facultatibus datis et dandis per eum quibuscumque prelatis vel aliis super conferendis beneficiis ecclesiasticis auctoritate apostolica, etiamsi aliquis huiusmodi prelatorum vel aliorum habeant diversas litteras super huiusmodi facultatibus, quod omnes tales littere valeant, licet de una facultate non fiat mentio in alia, et mandavit, quod auditores Palatii et alii iudices in Romana curia non reputent tales litteras subreptitias ex eo, quod in una non fiat mentio in alia, ut dictum est.

---

[1] *(1397) Juni 16.*

---

[a] *fehlt OL 911*

**OT 57**[a]. Item idem dominus noster dominus Bonifatius papa nonus voluit et ordinavit, kalendis augusti pontificatus sui anno VI[1], quascumque renuntiationes, resignationes, ces-

---

[1] *1395 August 1.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

siones et dimissiones de cetero fiendas per quoscumque, quos ipsum promovere contingeret ad aliquam prelaturam, de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus curatis et non curatis, etiamsi dignitates, personatus vel officia aut canonicatus et prebende seu quecumque et qualiacumque existant, sive simpliciter sive ex causa permutationis aut quavis alia etiam in Romana curia seu extra in quorumcumque manibus vel alias quovis modo inter ultimam vacationem prelature, ad quam fiet promotio, et diem promotionis huiusmodi et omnia, que sequentur ex eis vel ob eas, fore nullas, invalidas et inefficaces, nulla, invalida et inefficacia et nullius roboris, efficacie vel momenti et pro infectis haberi.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXXXI

*VL 4988 Marginalie:* R(egul)a de XX[ti]

**OT 58**[a]. Item ordinavit et voluit idem dominus noster Bonifatius papa VIIII, kalendis maii pontificatus sui anno octavo[1], quod de cetero, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive ex causa permutationis sive simpliciter et postea infra viginti dies de illa infirmitate decesserit, talis resignatio non valeat et sit omnino irrita et tale beneficium censeatur vacare per obitum dicti resignantis[b].

---

[1] *1397 Mai 1*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXXXXII
[b] dicti resignantis *OL 911* resignantis dicti

**OT 59**[a]. Item idem dominus noster dominus[b] Bonifatius papa nonus, nonis octobris pontificatus sui anno octavo[1], declaravit, quod nullus ordinarius tempore sui pontificatus potuerit nec in posterum possit unire aliquas ecclesias seu aliqua beneficia ecclesiastica aliis ecclesiis seu monasteriis vel quibusvis locis secularibus vel regularibus aut etiam hospitalibus seu fabricis aut mensis quibuscumque, etiamsi que uniones auctoritate ordinaria per dictum tempus iam forsan facte sint vel in posterum fieri contingat, illas cassavit, irritavit et annullavit se*(!)* cassas, irritas et nullas fore declaravit.

---

[1] *1397 Oktober 1*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LIII
[b] dominus *fehlt OL 911*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**OT 60**[a]. Item ordinavit et voluit idem dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, videlicet pridie idus maii pontificatus sui anno decimo[1], quod, si quis deinceps fuerit promotus per ipsum ad aliquam ecclesiam cathedralem vel aliquod monasterium vacantem seu vacans et talis promotus non fecerit confici litteras suas super huiusmodi promotione infra unum annum iuxta regulam super hoc per ipsum dominum nostrum editam[2] et postea de novo contingat ipsum dominum nostrum de persona dicti promoti eidem ecclesie vel monasterio iterum providere, nisi idem secundo promotus infra duos menses computandos a die secunde promotionis fecerit confici litteras apostolicas super huiusmodi secunda promotione et expedire secundum formam predicte regule, ex tunc elapso dicto bimestri ipso facto sit privatus omni iure sibi quesito per dictas provisiones[b], et de cetero omnis spes adimatur eidem de ulterius providendo de persona ipsius tali ecclesie vel monasterio, ad quam seu quod promotus fuerat.

---

[1] *1399 Mai 14*.
[2] *= OT 54.*

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LIIII
[b] provisiones *OL 911 korrigiert aus* promotiones

**OT 61**[a]. Item idem dominus noster dominus Bonifatius papa VIIII, XIII kalendas novembris pontificatus sui anno decimo[1], in consistorio publico statuit et ordinavit, quod quicumque ante dictam diem impetrassent vel in posterum impetrarent ab eo gratias de dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis vel ecclesiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque curatis et non curatis, secularibus et regularibus[b] extra Romanam curiam vacantibus et in antea vacaturis[c] sub dat(a) diei obitus illorum, per quorum obitus vacare dicerentur, et huiusmodi gratias impetrantes videlicet illi, qui ante dictam diem impetrassent et effectum gratiarum ipsarum ante dictam diem XIII kalendas novembris non fuissent consecuti, quod deinceps effectum ipsum earundem gratiarum consequi nequeant; illi vero, qui in futurum forsan similes gratias impetrabunt, effectum gratiarum ipsarum de cetero non possint obtinere et locorum ordinarii, et alii, ad quos earundem dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum et prebendarum, ecclesiarum et aliorum beneficiorum collationes, provisiones, presentationes, electiones et quevis alie dispositiones pertinent, illos admittere nullatenus teneantur ac executores eis per litteras apostolicas super huiusmodi gratiis assignati et in antea assignandi ad executionem litterarum apostolicarum nullatenus debeant nec possint procedere, ac decrevit ex tunc irritum et inane,

---

[1] *1399 Oktober 20*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

quidquid contra statutum et ordinationem huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Statutum tamen et ordinationem huiusmodi ad dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas, ecclesias et alia beneficia predicta, que in Romana curia vel in locis ultra duas dietas legales a dicta curia non remotis vacaverant et de quibus per ipsum dominum nostrum ante dictam datam etiam sub dat(a) diei obitus illa obtinentium provisum fuerat vel deinceps provideb(itu)r, voluit non extendi.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LV
[b] secularibus et regularibus *OL 911* regularibus et secularibus
[c] vacaturis *OL 911* vacaturum

**OT 62**[a]. Item, eadem die[1], et in dicto consistorio idem dominus noster considerans, quod ad importunas preces nonnullorum, qui super quibusdam beneficiis in Palatio apostolico litigabant et etiam super aliis, super quibus nulla lis pendebat, personis aliis in huiusmodi beneficiis ius habentibus obtinuerant ab ipso domino nostro perpetuum silentium etiam ex causis minus iustis super ipsis beneficiis imponi, et volens super hoc de opportuno remedio providere, ordinavit et statuit videlicet, quod, nisi huiusmodi silentium ex iustis ac expressis, omnino veris et rationabilibus causis impositum fuerit, huiusmodi silentii impositiones per ipsum facte essent casse et irrite nulliusque roboris vel momenti et quod illi, quibus silentium taliter per ipsum dominum nostrum impositum fuisset, ius suum perinde prosequi et obtinere possint, ac si eis silentium impositum minime extitisset, ac decrevit irritum et inane etc., ut supra in proximo.

---

[1] *(1399 Oktober 20)*.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* LVI

**OT 62a**[a]. Istam regulam et superiorem proximam voluit idem dominus noster habere locum et intelligi etiam in gratiis supradictis similibus impositionitus silentiorum motu proprio per ipsum iam factis et in posterum faciendis ac decrevit irritum etc., ut supra.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LVII

**OT 63**[a]. Item, VI idus maii pontificatus sui anno undecimo[1], dominus noster dominus Bonifatius papa VIIII declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod gratie per ipsum facte sub dat(a) diei obitus, que non fuerant sortite effectum ab earum dat(a), intelligantur revocate totaliter cum omnibus inde secutis, ita tamen quod nulla beneficia intelligantur effecta aut

reservata fore pretextu dicte revocationis et quod gratie ipse effectum intelligantur fuisse sortite, si illi, quibus facte fuerint, vigore ipsarum gratiarum et processuum inde secutorum ante dat(am) dicte revocationis possessionem beneficiorum talium fuerunt assecuti, dum tamen ante executionem non fuerit eis super illis beneficiis mota lis nec litispendentia superveniens post assecutionem et ante revocationem dicatur impedire effectum; quodque acceptationes et provisiones executorum aut subexecutorum vel collationes ordinariorum seu quorumcumque collatorum facte de beneficiis, super quibus gratie per ipsum dominum nostrum facte fuerant sub dat(a) diei obitus, que nunc erant sortite effectum, ut premittitur, ante revocationem predictam, sint et fuerint valide et efficaces ab earum dat(a), si alias canonice et legitime facte fuerint[b] suumque sortite fuerint et sortiantur effectum, etiamsi aliqui, quibus fuissent facte gratie sub dat(a) diei obitus, alias vigore gratiarum suarum fecissent sibi provideri aut per ordinarios aut alios collatores fuisset eis provisum, perinde valeant et suum sortite fuerint et sortiantur effectum, dummodo alias fuissent eis beneficia debita, ac si nulla gratia sub dat(a) diei obitus de dictis beneficiis facta fuisset eisdem.

---

[1] *1400 Mai 10*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LVIII
[b] fuerint *OL 911* fuerit

**OT 64**[a]. Item idem dominus noster Bonifatius papa VIIII ordinavit et voluit, III nonas decembris pontificatus sui anno duodecimo[1], quod quicumque habentes ab ipso gratias expectativas de quibuscumque dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis parochialibus ac aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura sub quacumque forma verborum, per quas eis concessum fuerit, quod vigore ipsarum gratiarum possint acceptare beneficia dispositioni dicti domini nostri vel sedi apostolice generaliter reservata, deinceps vigore talium gratiarum nullo modo possint acceptare dignitates, personatus, officia, canonicatus, prebendas, ecclesias parochiales aut alia beneficia quecumque, ut prefertur, generaliter reservata nec de illis sibi facere provideri et, si qui hactenus vigore talium gratiarum aliqua ex huiusmodi beneficiis sic reservat(is) acceptassent et de illis fuisset eis provisum, dum tamen non fuerint adepti possessionem eorundem beneficiorum, tales acceptationes et provisiones iuribus non subsistant, etiamsi super illis lis pendeat indecisa in Romana curia vel ubicumque alibi, ac decrevit irritum et inane, quidquid in contrarium contingeret attemptari.

---

[1] *1400 Dezember 3*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* LVIIII

**OT 65**[a]. Item idem dominus noster Bonifatius papa nonus voluit et ordinavit videlicet, VI kalendas iunii pontificatus sui anno XII[1], quod, si in posterum contingeret ipsum in consistorio publico concedere aliquid in favorem unius partis in aliqua causa pendente in Romana curia circa conclusionem vel alium actum et auditor seu iudex, coram quo causa ipsa pendebit, eadem die concludat vel faciat aliquem actum ad instantiam et in favorem partis alterius et in preiudicium talis concessionis, antequam commissio huiusmodi concessionis presentetur eidem auditori seu iudici, talis actus et conclusio non valeant et habeantur pro non factis et nullius existant roboris vel momenti.

[1] *1401 Mai 27*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* LX

**OT 66**[a]. Item, kalendis decembris dominus noster dominus Bonifatius papa nonus pontificatus sui anno quartodecimo[1], presentibus omnibus cardinalibus suis tunc in Romana curia existentibus dixit et declaravit, quod omnia beneficia clericorum camere apostolice et aliorum familiarium suorum sunt dispositioni apostolice generaliter reservata, et mandavit mihi Bartholomeo Francisci[2] regenti Cancellariam suam, ut hoc scriberem et ponerem in regulis dicte Cancellarie.

[1] *1402 Dezember 1*.
[2] *Bartholomeus Francisci della Capra.*

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* LXI

## Revocatio domini Bonifatii pape VIIII

**OT 67 (1)**[a]. Bonifatius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Intenta salutis operibus apostolice sedis circumspecta benignitas indulta sibi desuper plenitudine potestatis, sicut in Deo conspicit, expedire, providens interdum aliqua per importunam petentium[b] instantiam quedam autem per subreptionis malitiam vel fraudem seu quemvis modum illicitum impetrata, statuit vel indulget, demum vero in eius notitiam iis deductis ac utilitate publica suadente ea reformat in melius pro salutari subditorum regimine, prout ad regimen publicum et tranquillum huiusmodi subditorum per apostolice provisionis remedia salubrius noverit convenire. Hodie siquidem videlicet, XI kalendas ianuarii

pontificatus nostri anno XIIII[1], premissis ac ex certis aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus ex certa scientia apostolica auctoritate presentium tenore volumus, statuimus, ordinamus et mandamus omnia et singula infrascripta videlicet:

[1] *1402 Dezember 22*.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* I
[b] petentium *OL 911* potentium

**OT 67 (2)**[a]. In primis, quod, si deinceps reperiantur alique littere apostolice bulla nostra bullate habentes dat. post dictam diem XI kalendas ianuarii anni predicti[1] et gratiam vel iustitiam continentes sub quavis forma vel expressione verborum concepte, que non fuerint expedite per Cancellariam nostram et que non habeant signa consueta Cancellarie, tales littere reputentur et censeantur nulle et nullius existat roboris vel momenti nec eis in iudicio vel extra aliqua fides adhibeatur, etiamsi in eis contineretur clausula „Non obstan(tibus) ista ordinatione et regulis quibuscumque Cancellarie nostre“ vel quacumque alia clausula derogativa quorumcumque verborum, exceptis dumtaxat litteris de curia et secretis, que facte fuerint de mandato nostro.

[1] *(1402) Dezember 22*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* II

**ME 1**[a]. Dominus noster dominus Innocentius papa septimus non voluit, quod ista regula immediate supraponita suo tempore servetur.

[a] *marginal links mit roter Tinte* III

**OT 68**[a]. Item revocamus, cassamus et irritamus generaliter omnes et singulas gratias expectativas factas per nos sub quacumque forma speciali vel generali quibusvis personis etiam cum clausula „Anteferri“ et antelationis nec non indulta et facultates etiam quibuscumque prelatis concessa super conferendis beneficiis in posterum vacaturis et earum prerogativis, que nondum sortite sunt effectum. Et intelligantur sortite esse effectum, si illi, quibus facte fuerunt tales gratie, vigore ipsarum acceptaverint beneficia cadentia sub talibus gratiis et de illis sibi fecerint provideri, etiamsi super eis in quacumque instantia lis penderet indecisa, non obstan(tibus), etiamsi in huiusmodi gratiis aut earum aliqua contineretur clausula, quod, si contingeret per nos tales gratias aut aliquam earundem quomodolibet revocari, quod huiusmodi gratie non comprehendantur in genere vel in specie in

revocatione huiusmodi, nisi de verbo ad verbum de talibus gratiis plena et expressa mentio habeatur, vel sub similibus verbis derogatoriis vel aliis quibuscumque.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* IIII

**OT 69**[a]. Item volumus et ordinamus, quod omnes illi, qui hactenus impetrarunt a nobis gratias quascumque, teneantur a dat(a) presentium infra unum annum facere confici super eisdem gratiis litteras apostolicas et expedire eas usque ad registrum inclusive, alioquin lapso anno dicte gratie expirent et habeantur pro non factis et ex tunc littere super eis non expediantur[b].

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* V
[b] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 69a**[a]. Item volumus et ordinamus, quod illi, qui deinceps quascumque gratias a nobis impetrabunt, similiter infra annum a dat. ipsarum gratiarum computandum teneantur super eis facere confici litteras apostolicas usque ad registrum, ut supra, alioquin gratie ipse ipso facto expirent et lapso dicto anno nullatenus littere expediantur super ipsis[b].

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* VI
[b] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 70**[a]. Item cassamus, irritamus et annullamus omnes uniones ecclesiarum parochialium et monasteriorum etiam monialium ac dignitatum, personatuum, prebendarum et officiorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum ac piorum locorum quorumlibet hactenus sive per nos sive per predecessorem nostrum immediatum aut etiam per quosvis ordinarios factas quibuscumque ecclesiis, monasteriis vel aliis locis ecclesiasticis vel mensis episcopalibus aut capitularibus vel abbatialibus seu collegiis, officiis, dignitatibus aut prebendis seu quibusvis aliis locis seu hospitalibus, que nondum sunt sortite effectum, et etiam illas, que sunt sortite effectum alias quam per obitus illorum, qui dicta beneficia unita obtinebant tempore unionum de illis factarum, etiamsi essent facte motu proprio, ac etiam illas, que facte fuerunt sine magna necessitate vel ex falsis aut nullis causis, etiamsi super ipsis unionibus lis pendeat indecisa, in quacumque instantia fuerit. Et similiter cassamus, irritamus et annullamus quascumque confirmationes per nos factas de unionibus per ordinarios factas, etiamsi in litteris apostolicis super dictis unionibus et confirmationibus confectis contineretur talis clausula videlicet „Etiamsi contingeret revocari per nos uniones in

genere vel in specie, quod uniones ipse per easdem litteras facte non intelligantur revocate“[b].

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* VII
[b] *folgt mit roter Tinte* Amen

**OT 71**[a]. Item, quia nonnullis prelatis ecclesiarum regularium ac monasteriorum etiam monialium ac prioratuum olim dicitur esse concessum per nos, quod prelati et capitula vel conventus ecclesiarum, monasteriorum aut prioratuum vel locorum predictorum possent parochiales ecclesias et beneficia curata seu perpetuas vicarias predicta eis unita facere regi per monachos suos etiam removibiles ad nutum ipsorum vel alias qualitercumque, decernimus et declaramus, quod pretextu talium concessionum nulla parochialis ecclesia aut perpetua vicaria parochialis ecclesie vel aliud curatum beneficium, que prius regebantur per seculares clericos, possint deinceps regi per monachos aut regulares canonicos, sed in eis instituantur perpetui vicarii seculares presbiteri et, si ante non fuerint assignate congrue portiones, sicut de iure assignande sunt, per locorum ordinarios assignentur et deinceps tales ecclesie parochiales et curata beneficia seu vicarie perpetue consueta prius per seculares clericos regi et gubernari nullatenus per monachos vel religiosos alios regantur seu etiam gubernentur, non obstantibus quibuscumque concessionibus seu indultis ecclesiis regularibus aut monasteriis vel prioratibus aut locis aliis regularibus predictis sub[b] quavis forma vel expressione verborum factis seu concessis, que ex nunc totaliter revocamus, cassamus et annullamus et nullius esse roboris vel momenti ac volumus, quod locorum ordinarii possint et debeant etiam exemptos auctoritate apostolica compellere ad observandum premissa per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia.

---

[a] *marginal links mit roter Tinte* VIII
[b] sub *OL 911* vel

**OT 72**[a]. Item revocamus et annullamus omnes et singulas indulgentias, in quibus continetur „A pena et culpa“ vel „Plena indulgentia omnium peccatorum suorum“ et alias, que concesse sunt sub formis indulgentiarum ecclesiarum Urbis anni iubilei vel sancti sepulcri dominici, sancti Michaelis archangeli de Montegargano, Sancti Iacobi in Compostella et sancti Marci de Venetiis, sancte Marie de Angelis alias in Portiuncula, sancte Marie de Collemadio ac omnes alias, que facte sunt ad instar indulgentiarum quibusvis aliis ecclesiis concessarum, et volumus, quod nullius sint roboris vel momenti, etiamsi in litteris apostolicis super dictis indulgentiis confectis contineretur talis clausula videlicet „Et si contin-

geret per nos revocari indulgentias in genere vel in specie, quod indulgentie ipse per easdem litteras concesse non intelligantur revocate“.

[a] *marginal links mit roter Tinte* VIIII

**OT 73**[a]. Item, cum olim fuerint diversis ecclesiis ac monasteriis et aliis piis locis concesse diverse indulgentie cum clausula, quod illi, qui preessent ecclesiis vel monasteriis aut locis predictis, possent eligere certos confessores, qui audirent confessiones personarum confluentium ad huiusmodi indulgentias, et absolvere illas, que eis confiterentur etiam in casibus episcopalibus ac etiam sedi apostolice reservatis, et quia etiam nonnulli fratres ordinum mendicantium impetrarunt quinimo extorserunt a nobis litteras nostras, per quas conceditur eis, quod possint etiam invitis et contradicentibus rectoribus parochialium ecclesiarum predicare in ipsorum ecclesiis et audire confessiones parochianorum ipsorum ipsosque absolvere etiam in casibus predictis et plura alia contra decretalem pie memorie Bonifatii pape VIII predecessoris nostri, que incipit „Super cathedram“[1], et in concilio Viennensi per felicis recordationis Clementem papam quintum predecessorem nostrum innovatam[2] temere, facere et attemptare presumunt, et ad notitiam nostram pervenerit ex relatibus fidedignis, quod dicti fratres et illi, qui tales potestates dicuntur habere, eis mirabiliter abutuntur et exinde plura scandala subsequuntur, propterea omnes tales potestates et litteras sub quavis forma vel expressione verborum concessas, etiamsi essent facte motu proprio, cassamus et irritamus ac nullius esse volumus roboris vel momenti.

[1] *Extravag. Comm. 3.6.2*.
[2] *Clem. 3.7.2*.

[a] *marginal links mit roter Tinte* X

**OT 74**[a]. Item revocamus, cassamus et annullamus omnes gratias dispensationum per nos factarum quibuscumque fratribus ordinum mendicantium, quod possint obtinere beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura consueta clericis secularibus assignari, si eis alias canonice conferrentur sub quacumque forma vel expressione verborum, que non sunt sortite effectum, et, si aliqui vigore talium dispensationum essent actu assecuti plura beneficia ultra unum, dimittant illa et unum dumtaxat retineant, si tamen curatum existat, aliis in manibus ordinariorum dimissis libere, quod, si infra sex menses a publicatione presentium illa non dimiserint, eo ipso sint dicto uno et aliis privati et dispensationes ipse omni effectu careant et reputentur pro non factis.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XI

**OT 75**[a]. Item volumus et ordinamus, quod illi, cum quibus est per nos hactenus dispensatum, quod possint plura beneficia incompatibilia videlicet dignitates, personatus vel curata officia aut parochiales ecclesias insimul retinere etiam ultra duo vel tria, vigore talium dispensationum non possint assequi vel retinere nisi[b] duo incompatibilia et, si qui magistri in theologia, doctores iuris canonici vel civilis sive illustres essent iam ultra duo talia beneficia assecuti, illa, que ultra duo sunt assecuti, teneantur infra sex menses a dat(a) presentium computandos permutare pro aliis beneficiis simplicibus; et alii, qui ultra duo beneficia incompatibilia obtinent, teneantur infra dictum terminum illa, que ultra duo obtinent, libere dimittere verbo vel facto in manibus ordinariorum, alioquin, si magistri, doctores et illustres ipsi infra dictum terminum non permutaverint et alii predicti ea non dimiserint, ut prefertur, eo ipso sint privati omnibus incompatibilibus, que obtinent, exceptis venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, notariis nostris, correctore litterarum apostolicarum, subdiacono nostro, auditoribus causarum Palatii apostolici, cubiculariis et acolitis nostris, clericis camere apostolice et secretariis nostris, qui sub hac regula nullatenus includantur.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XII
[b] nisi *fehlt OL 911*

**OT 76**[a]. Item revocamus et annullamus omnes exemptiones perpetuas per nos factas quibuscumque monasteriis aut ecclesiis aut capitulis vel prelatis aut conventibus quorumcumque ordinum seu religionum et secularium ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum, universitatibus quorumlibet castrorum, terrarum et villarum et litteras nostras super illis confectas decernimus esse irritas et inanes ac nullius roboris vel momenti.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XIII

**ME 2**[a1]. Dominus noster Innocentius papa VII, VIII idus aprilis pontificatus sui anno secundo, voluit hanc regulam immediate supra positam extendi etiam ad exemptiones hospitalium, xenodochiorum, leprosariorum et aliorum piorum locorum.

[1] *= Innozenz VII. Nr. 12.*

[a] *marginal links mit roter Tinte* XIIII

**OT 77**[a]. Item, cum multi clerici et persone ecclesiastice seculares et regulares etiam ordinum mendicantium et parvi status hactenus recepti fuerint in capellanos nostros honoris et sedis apostolice et super huiusmodi receptionibus et litteris apostolicis inde confectis fecerint fieri processus penales per camerarium nostrum et propterea asserant se fore exemptos a iurisdictione suorum superiorum et ordinariorum, ex quo multa scandala sepe oriuntur, et tales capellani putant se minime posse propter peccata et delicta per ipsos commissa vel committenda per suos superiores corrigi vel puniri, volumus et ordinamus, quod tales capellani pretextu litterarum et processuum predictorum nullatenus sint exempti a iurisdictione superiorum et ordinariorum predictorum, sed libere per eos possint et debeant corrigi et puniri iuxta canonicas sanctiones, non obstantibus litteris et processibus predictis eis concessis, quorumcumque tenorum existant, magistris et baccalariis formatis in theologia ac doctoribus iuris canonici vel civilis dumtaxat exceptis.

[a] *marginal links mit roter Tinte* XV

**OT 78**[a]. Item, cum felicis recordationis Urbanus papa VI predecessor noster ex certis rationabilibus causis concesserit quibusdam prelatis, quod in eorum civitatibus et diocesibus non posset fieri executio aliquarum litterarum apostolicarum, nisi prius ipse littere exhiberentur eisdem prelatis vel eorum officialibus et per ipsos essent approbate[1], ipsique prelati vel officiales deduxerint in consuetudinem et aliqui pretextu statutorum provincialium seu sinodalium similiter servent et faciant, quod tales litteras nullus audeat exequi, nisi postquam prelati seu officiales ipsi per suas litteras, quas nuncupant „Vidimus“, mandent et concedant, quod dicte littere apostolice possint exequi per iudices in eis deputatos, et propter tales litteras „Vidimus“ nuncupatas sepius impetrantes ipsi earundem litterarum nequeant consequi effectum, propter huiusmodi concessionem dictis prelatis factam et litteras apostolicas super ea confectas provide attendentes, quod tendunt ad noxam, ac statuta quecumque super hiis facta revocamus, cassamus et annullamus ac volumus et decernimus, quod executores et iudices quicumque in litteris apostolicis deputati vel deputandi ac notarii et tabelliones super hiis requisiti et requirendi absque huiusmodi littera „Vidimus“ nuncupata et absque licentia vel consensu quorumcumque prelatorum vel superiorum aut officialium libere huiusmodi litteras apostolicas exequi possint et debeant ac omnes et singulas sententias, quas prelati vel superiores aut eorum officiales huiusmodi contra huiusmodi iudices et executores prefatos propter executiones ipsas huiusmodi per

[1] *= Martin V. ME 57.*

eos faciendas infligerent seu promulgarent, decernimus irritas et inanes nulliusque existere roboris vel momenti.

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XVI

**OT 79**[a]. Item, cum dudum nos ad importunam nonnullorum instantiam concesserimus quampluribus personis litteras familiaritatis nostre, in quibus continetur, quod ipsi possint et debeant gaudere privilegiis, quibus gaudent familiares nostri continui et domestici commensales, volumus et declaramus, quod pretextu talium litterarum quibusvis concessarum sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi essent facte motu proprio, illi, qui tales litteras obtinuerunt, nullo modo gaudeant dictis privilegiis, nisi dumtaxat illi, qui re vera sunt familiares nostri continui et domestici commensales.

[a] *marginal rechts mit roter Farbe* XVII

**OT 80**[a]. Item revocamus, cassamus et annullamus omnes et singulas concessiones et donationes per nos factas sub quacumque forma vel expressione verborum quibuscumque laicalibus personis de quibuslibet bonis immobilibus seu stabilibus quarumcumque ecclesiarum aut monasteriorum vel mensarum episcopalium seu abbatialium aut aliorum quorumlibet piorum locorum, etiamsi essent castra, terre aut ville, et volumus, quod huiusmodi concessiones et donationes ex nunc habeantur pro non factis et talia bona ad huiusmodi ecclesias et monasteria et alia pia loca eo ipso libere revertantur.

[a] *marginal rechts mit roter Farbe* XVIII

**OT 81**[a]. Item cassamus, irritamus et annullamus omnes et singulas facultates hactenus per nos concessas quibusvis personis etiam fratribus ordinum mendicantium et quibuslibet aliis super predicando verbum crucis sub quacumque forma vel conceptione verborum vel forma, etiamsi in litteris nostris eis super hoc concessis contineretur, quod persone ipse possent absolvere personas eis confitentes sua peccata in quibuscumque casibus et eis aliquas indulgentias apostolica auctoritate concedere, quas quidem concessiones et litteras nostras super eis confectas nullius esse volumus roboris vel momenti. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat(um) Rome apud Sanctum Petrum, XI kalendas ianuarii pontificatus nostri anno XIIII[1].

[1] *1402 Dezember 21*.

[a] *marginal links mit roter Farbe* XVIIII

**ME 3**[1]. Dominus noster dominus Bonifatius papa nonus[a], die XVIII mensis ianuarii pontificatus sui anno XIIII[2], dixit et declaravit sue intentionis[b] fuisse et esse, quod in rotul(is) per eum signat(is)[c] et signandis super gratiis expectativis per ipsum fact(is) et faciendis nullus in rotul(is) ipsis descript(us) habeant ultra unam gratiam expectativam, etiamsi esset positus in pluribus aliis quibuscumque talibus[d] rotul(is), et quod solum gratiis talibus concessit, quod in rotulo, qui precedentem datam habebit, contentus fuerit sortiri effectum et alie[e] in quibuscumque rotul(is) contente[f] sint ipso iure[g] nulle et habeantur pro non factis.

[1] *In Budapest 81 zweimal vorhanden, auf fol. 268r (= a), auf fol. 270r (= b)*
[2] *1402 Dezember 21*.

[a] Dominus - nonus *fehlt Budapest 81(b)*
[b] sue intentionis *Budapest 81(b)* intentionis sue
[c] in rotul(is) per eum signat(is) et signandis *Budapest 81(b)* rotul(i) per eum signati et signandi
[d] talibus *fehlt Budapest 81(b)*
[e] alie *Budapest 81(b)* aliis
[f] contente *Budapest 81(b)* content(is)
[g] iure *Budapest 81(a)* iuri

**ME 4**[1]. Item ordinavit et voluit, quod rotuli protonotariorum[a], familiarium suorum ac suorum auditorum[b] et secretariorum ac[c] cubiculariorum ac[d] scriptorum et[e] abbreviatorum habeant datam kal(endis) ianuarii pontificatus sui anno XIIII[2].

[1] *In Budapest 81 zweimal vorhanden, auf fol. 268r (= a), auf fol. 270r (= b)*
[2] *1403 Januar 1*.

[a] *Budapest 81(a) folgt* et
[b] suorum auditorum *Budapest 81(a)* sindicorum
[c] ac *fehlt Budapest 81(a)*
[d] ac *fehlt Budapest 81(a)*
[e] et *fehlt Budapest 81(a)*

**ME 5**[1]. Item, quod rotuli dominorum[a] cardinalium et regis Romanorum pro eorum familiaribus habeant datam quarto[b] nonas ianuarii pontificatus sui anno predicto[c][2].

[1] *In Budapest 81 zweimal vorhanden, auf fol. 268r (= a), auf fol. 270r (= b)*
[2] *1403 Januar 2*.

[a] dominorum *fehlt Budapest 81(a)*
[b] quarto *Budapest 81(a)* IIII
[c] pontificatus sui anno predicto *fehlt Budapest 81(b)*

**ME 6**. Item, quod rotuli comitum, baronum et aliorum nobilium et principum habeant datam II idus ianuarii anno predicto[a][1].

[1] *1403 Januar 12*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 7**. Item, quod rotuli regum et ducum et aliorum illustrium principum habeant datam III nonas ianuarii anno predicto[a][1].

[1] *1403 Januar 3*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 8**. Item, quod rotuli prelatorum porrecti et porrigendi pro ipsorum familiaribus habeant dat(a) non(is) ianuarii anno predicto[a][1].

[1] *1403 Januar 5*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 9**. Item, quod rotuli universitatum et studiorum habeant datam VIII idus ianuarii anno predicto[a][1].

[1] *1403 Januar 6*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 10**. Item, quod gratie pauperum habeant datam VI idus ianuarii anno predicto[a][1].

[1] *1403 Januar 8*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 11**. Item ordinavit et voluit, quod de omnibus predictis gratiis exprimatur et ponatur clausula, quod impetrantes possint acceptare beneficia ecclesiastica usque ad valorum in litteris gratiarum exprimend(um) secundum communem extimationem et non secundum taxationem decime.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

**ME 12**. Item ordinavit et voluit, quod in litteris conficiendis super gratiis expectativis predictis videlicet illorum, qui habunt datam kal(endis) ianuarii anno predicto[1] ponatur clausula, quod littere ipse post triennium a data ipsa computandum non valeant et nullius sint roboris vel momenti[a].

[1] *1403 Januar 1*.

[a] *Layoutendnote*

**ME 13**. Item, quod in litteris super gratiis expectativis contentis in rotul(is) cardinalium et regis Romanorum ponatur clausula, quod littere post quadriennium a data ipsarum litterarum computand(um) non valeant et nullius sint roboris vel momenti.

**ME 14**. Item, quod in litteris super gratiis expectativis quorumcumque aliorum rotulorum ac etiam simplicibus singularibus per ipsum de gratiis expectativis in forma speciali signandis de cetero ponatur clausula, quod littere ipse post quinquennium non valeant et nullius sint roboris vel momenti.

**ME 15**. Item ordinavit et voluit, quod protonotarii sui vigore gratiarum, quas eis concessit in rotulis ipsorum, possint acceptare beneficia ecclesiastica usque ad summam quingentorum florenorum auri secundum communem extimationem et non ultra; auditores vero causarum Palatii apostolici ac cubicularii et secretarii et clerici Camere apostolice et accoliti usque ad summam tricentorum florenorum, ut supra; scriptores vero et abbreviatores in eorum rotulo per ipsum dominum nostrum signato possint acceptare usque ad summam ducentorum florenorum secundum communem extimationem.

*VL 4988 Marginalie (von jüngerer Hand):* De antidatis (!)

**OT 82 (1)**[a]. Servitores et capellani sanctitatis vestre, auditores eiusdem sanctitatis[b] tam de iure quam de equitate interdum etiam per bullas sanctitatis vestre admittunt ad probandum materiam anticipationis dat(am) gratiarum, rescriptorum et indultorum apostolicorum et ab huiusmodi ammissione appellatur et causa appellationis huiusmodi interdum committitur aliis extra Rotam, qui dubitant an dicta materia debuit admitti, quare placeat sanctitati vestre declarare et ordinare, quod dicta materia bene specificata et alias pertinenter data debeat indifferenter admitti vel alias ordinare, secundum quod sanctitati vestre videb(itu)r expedire?

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] *marginal links mit roter Tinte* XX
[b] eiusdem sanctitatis *OL 911* sanctitatis eiusdem

**OT 82 (2)**[a] Dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, die XV februarii pontificatus sui anno XIIII[1], declaravit et voluit, quod dicti auditores vel alii iudices in Romana curia dictam materiam nullatenus admittant nec articulos super ea dandos recipiant quoquo modo.

[1] *1403 Februar 15.*

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXI

**ME 16**. Voluit dominus Innocentius, quod materia anticipationis huiusmodi admittatur, quando per huiusmodi anticipationem tollitur ius alteri quesitum, alias non.

**OT 83 (1)**[a]. Item, beatissime pater, suppositis duabus regulis v(estre) s(anctitatis), una videlicet, quod omnes expectativi infra mensem possint acceptare et eis facere provideri[1], alia, quod, nisi acceptans infra mensem a die acceptationis sibi fecerit provideri, expiret eius gratia[2], occurrit frequenter, quod primus in dat(a) acceptat utiliter infra mensem, sed non facit sibi provideri, secundus vero in dat(a) infra primum mensem acceptat et facit sibi provideri infra eundem mensem ante vel post acceptationem primi, dubitatur, an valeat provisio secundi in dat(a), adeo quod queratur sibi ius in re. Quare petitur declarari, quid observandum sit.

[1] *= OT 34.*
[2] *= OT 48.*

[a] *marginal links mit roter Tinte* XXII

**OT 83 (2)**[a]. Dicta die[1] declaravit idem dominus noster, quod secundus acceptans et faciens sibi provideri acquirat sibi plenum ius in re et preferatur primo acceptanti et non facienti sibi provideri, et regula hoc videtur dicere clare, et quod sic servetur etiam in causis pendentibus etiam per appellationem.

[1] *(1403 Februar 15).*

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXIII

*VL 4988 Marginalie (von jüngerer Hand):* de verisi(mi)li

**OT 84 (1)**[a]. Item, quia alias sanctitas vestra declaravit, quod constitutio sanctitatis vestre disponens super nullitate gratiarum impetratarum sub die obitus[1] extendatur ad sequentes immediate alios dies considerata distantia locorum vacationum beneficiorum, dignemini declarare, quid tenendum sit in causis pendentibus per appellationem.

---

[1] *= OT 63.*

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXIIII

**OT 84 (2)**[a]. Dicta die[1] declaravit idem dominus noster, quod consideretur distantia locorum, in quibus beneficia vacaverunt, et consideretur, in quot diebus posset quis de locis illis ad curiam venire, et secundum hoc debeat etiam iudicari in causis pendentibus per appellationem.

---

[1] *(1403 Februar 15)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXV

**OT 85 (1)**[a]. Item, quia interdum impetratur beneficium in forma speciali cum clausula consueta videlicet „Dummodo tempore dat(e) presentium non sit alteri ius quesitum“, cuius vigore convenitur possessor nihil deducens de iure suo, actor vero deducit et ius suum probat, sed quia non probat de non iure rei adversarii, datur absolutoria possessori. Quare petitur declarari, utrum ita observari debeat vel alias, secundum quod s(anctitati) v(estre) videbitur disponendum.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVI

**OT 85 (2)**[a]. Dicta die[1] declaravit idem dominus noster, quod actor non teneatur docere de non iure possidentis, dummodo probet de iure suo, reo non docente de suo titulo adiudicetur beneficium actori.

---

[1] *(1403 Februar 15)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVII

**OT 86 (1)**. Item petitur declarari, quid agendum sit, cum[a] actor et reus obtinent diversa indulta apostolica super beneficiis cum clausulis „Ceterum etc.“ et aliis clausulis non consuetis derogatoriis et antelativis, que indulta, quandoque sunt eiusdem tenoris, sub diversa

vel eadem dat(a) et que sunt taliter expedita, quod ex iuris interpretatione non potest elici, que sit intentio concedentis.

---

[a] cum *fehlt OL 911*

**OT 86 (2)**[a]. Declaravit dominus noster, dicta die[1], quod stetur dispositioni iuris communis.

---

[1] *(1403 Februar 15)*.

---

[a] *marginal rechts mit roter Tinte* XXVIII

**o.N.** Expliciunt[a].

---

[a] *folgt mit roter Tinte*

***Köln 25b****, fol. 155r-155v.*

**ME 17.** DE GRATIIS EXPECTATIVIS.

Ordinavit et voluit dictus dominus noster de mense ianuarii[1], quod nullus deberet in pluribus gratiis expectativis ultra unum litterarum? unam h...is et illam de priori dat.[a]

---

[1] *(1404) Januar.*

---

[a] *Layoutendnote*

**ME 18**. DE TAXA.

Item, quod illi de prima dat(a), que est XI kalendas ianuarii anni XIIII[1], habeant ad IIII aut VI beneficia et ad certam summam, videlicet auditores Palatii nostri ad CCCC flor(enorum), scriptores et abbreviatores ad IIII beneficia et ad III collationes et ad summam CC flor(enorum) et ipse? gratie durabunt ad triennium[a].

---

[1] *1402 Dezember 22*.

---

[a] *Layoutendnote*

**ME 19**. DE ROTULIS DOMINORUM CARDINALIUM?.

Item, quod in rotulis cardinalium habeant IIII beneficia ad II collationes et ad summam CC flor(enorum) et sunt in secundum dat(um) IIII non(as) ianuarii anno predicto[1] et similiter regis Romanorum et durabunt ad quadrennium et similiter de rotulo domini camerarii[a].

---

[1] *1403 Januar 2*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] *Layoutendnote*

**ME 20**. Item in rotulis aliorum prelatorum ad tria vel duo beneficia ad II collationes et sub dat. III nonas vel II ianuarii[1] secundum prerogativas eorundem prelatorum pro... et habeant ad taxam consuetam scilicet, si cum cura, XXV, si sine cura, XVIII marcharum argenti etc. secundum communem extimationem seu? secundum taxationem decime, prout alias fuit consuetum? Et ... ... alie sive? in aliis rotulis vel in supplicationibus simplicibus in generali vel speciali durabunt ad quinquennium ac si alie?[a] confessionalia.

[1] *1403 Januar 3 oder 4*.

[a] *Layoutendnote*

**OT 87**. Dominus noster dominus Bonifatius papa nonus, die tertia ianuarii pontificatus sui anno XV[1], ordinavit et voluit, quod omnes illi, quibus eius sanctitas fecit gratias et faciet in posterum, habeant terminum ad faciendum expediri litteras super gratiis ipsis unum annum cum dimidio computandum a die date gratiarum ipsarum, ita tamen quod tales littere expediantur usque ad registrum inclusive infra terminum predictum[a].

[1] *1404 Januar 3.*

[a] *Layoutendnote*

**ME 21**. Item, quarta die iulii, idem dominus noster, pontificatus sui anno XV[1], prorogavit tempus expeditionis litterarum super gratiis per ipsum factis et in antea faciendis usque ad unum annum a die kalendis iulii predicti computandum in forma supra[a].

[1] *1404 Juli 4*.

[a] vacat-*Vermerk zusammen mit OT 87*

## Extravaganten

***Arm. 82**, fol. 150r-150v; **BL 2825**, fol. 111r-111v; **BL 2850**, fol. 98r; **VL 6343**, fol. 104v-105r; **Paris 4172**, fol. 130v-131r; **Stuttgart 61**, fol. 468v-469r (nicht kollationiert); **Druck:** Michael* T*ANGL*, *Besprechung von Emil von Ottenthal, Regulae cancellariae apostolicae. Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nicolaus V., in: Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung 11 (1890) S. 337-342, hier S. 342 (nach BL 2825).*

**TA 1**. NARRATUR QUEDAM CONSTITUTIO FACTA, CUIUS INSERITUR TENOR, ET DECERNITUR NULLAM FIDEM IN IUDICIO VEL EXTRA ILLI ADHIBENDAM[a].

Bonifatius etc. Ad futuram rei memoriam. Cum nuper ad nostrum pervenerit auditum, quod quedam declaratio certis aliis declarationibus, constitutionibus et ordinationibus per nos factis conscripta et in Cancellaria nostra et alibi aliquamdiu observata facta fuisse dicatur, cuius tenor sequitur et est talis[1] „Item declaravit idem dominus noster papa Bonifatius, videlicet V idus martii pontificatus sui anno primo[2], sue intentionis fuisse et esse, quod, si ipse alicui vel sub certarum vel incertarum personarum specificatione aliquibus ut concurrentibus cum eis vel precedentibus eos in data gratiarum similium de canonicatibus sub expectationibus prebendarum vel de dignitatibus, personatibus seu officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus quibuscumque cum cura vel sine cura vacantibus vel vacaturis per eundem dominum nostrum factarum seu in antea faciendarum eisdem in assecutione canonicatuum et prebendarum ac dignitatum vel personatuum seu officiorum aut beneficiorum aliorum huiusmodi seu aliquorum eorundem anteferri deberet aut deberent, sub quibuscumque conditione, modo, forma seu expressione verborum in genere vel in specie directe vel indirecte concessisset vel in posterum concederet, huiusmodi concessiones et quecumque inde secuta, etiamsi tales, quibus huiusmodi de antelatione concessiones facte forent, canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus et officia et alia beneficia huiusmodi seu eorum aliqua, que expectabant, iam forent assecuti, nullius existerent roboris vel momenti.“ Nos attendentes, quod declaratio huiusmodi preter intentionem et scientiam nostram de facto processit estque propterea reprobanda ac, prout nostra interest, super hoc salubriter providere volentes prefate declarationi presentibus, ut premittur, inserte, ubicumque in iudicio vel extra exhibita vel ostensa fuerit, nullam fidem adhibendum ac secundum eam iudicandum non fuisse nec esse auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia declaramus, decernentes, prout est, irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit[b] attemptari. Nulli ergo etc. nostre declarationis et constitutionis infringere etc. Si quis autem[c] etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, IIII idus iunii pontificatus nostri anno sexto[3].

---

[1] = *HO 3.*
[2] *1390 März 11.*
[3] *1395 Juni 10.*

---

[a] Narratur - adhibendam *Paris 4172*
[b] contigerit *Paris 4172* contigit
[c] infringere - autem *fehlt Paris 4172*

***OL 911**, fol. 95r; **Paris 4169**, fol. 107r (von dritter Hand); **Druck:** Dietrich von Nieheim, Liber cancellariae S. 204 (nicht in Mainz 39).*

**ER 1**. Die prima mensis aprilis sanctissimus pater et dominus noster dominus Bonifatius divina providentia papa VIIII pontificatus sui anno quinto[1] mandavit mihi Bartholomeo Francisci[2] regenti officium Cancellarie sancte Romane ecclesie, quod non expedirem nec permitterem expedire[a] litteras super quadam supplicatione pro Wilhelmo de Mokenborch[b] canonico Leodiensi[3] super archidiaconatu Hanonie in ecclesia Leodiensi per ipsum dominum nostrum signata, et dictam[c] supplicationem mandavit ipse dominus noster ex certa scientia cancellari per me et etiam cassari de registro supplicationum apostolicarum et artari per me habentem ad reportandum eam mihi sub penis consuetis.

---

[1] *1394 April 1.*
[2] *Bartholomeus Francisci della Capra.*
[3] *Liège/Lüttich, Wallonien, Belgien.*

---

[a] expedire *OL 911* expediri
[b] Mokenborch *OL 911* Moheniborch
[c] dictam *OL 911* ipsam

***Arm. 82**, fol. 169r; **VL 3984**, fol. 45v; **Firenze 45**, fol. 24ra; **Napoli 12**, fol. 93r-93v; **Trier 987**, fol. 75v (Transkription nach Trier).*

**ME 22**. QUOD FAMILIARES PAPE CONCURRENTIBUS PREFERANTUR.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut dubia, que ex gratiis per nos concessis emergere possunt, ad obviand(um) scandalis et litibus nostro moderamine declarantur/declarentur. Cum itaque nonnullis familiaribus, cubiculariis et aliis nostris et Palatii apostolici domesticis continuis commensalibus, servitoribus dedica‹n›tibus? partibus?, officiis, canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura vacantibus vel vacaturis ad diversorum collationes, provisiones, presentationes, electiones seu quasvis alias dispositiones in diversis provinciis et diocesis nec non metropolitan(is), cathedralibus et aliis ecclesiis atque locis in diversis rotulis et petitionibus aliis per nos aut de mandato nostro signat(is) et concess(is) peti(tioni)bus sub certa data et ... diversis aliis personis? ecclesiasticis in eisdem provinciis, diocesis, ecclesiis atque locis huiusmodi gratias in eisdem vel in aliis rotulis et petitionibus per nos aut de mandato nostro signatis et concessis, quas, quos et que habere volumus presentibus pro expressis, sub eadem data duximus concedendas et propterea, qui ex predictis aliis preferri debeant a plurimis dubitetur. Nos ad huiusmodi ambiguitatis tollendi dubium tenore presentium declaramus intentionis nostre fuisse et es-

se, quod huiusmodi familiar(es), cubicularii et servitores nostri predicti Palatii qualitercumque et quomodocumque in huiusmodi gratiis cum aliis concurrentibus debeant ceteris aliis in data concurrentibus cum eisdem, etiamsi ipsi alii prius litteras se huiusmodi gratiis confici fecerint et executoribus vel subexecutoribus in ipsis litteris per nos seu auctoritate apostolica deputatis eisdem aut locorum ordinariis vel capitulis aut collegiis seu aliis, quorum interest, presentaverint et ad dignitates, personatus, officia, canonicatus, prebendas et alia beneficia huiusmodi recepti et admissi ac in eorum possessione inducti fuerint, in dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, prebendarum, aliorum beneficiorum huiusmodi, quas, quos et que per se vel procuratores suos ad hoc legitime constitutos infra tempus debitum acceptaverint, assecution(e) preferri, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre declarationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertio nonas ianuarii, pontificatus nostri anno primo[1]. Gratis pro familiaribus domini nostri pape.

Debet poni ista constitutio post quartam regulam suprapositam etc[a].

---

[1] *1390 Januar 3.*

---

[a] *mit Verweiszeichen auf das Ende der 4. Regel*

***Arm. 82**, fol. 153v-154v; **BL 2825**, fol. 113r-114v (= a, durchgestrichen), fol. 114v-115v (= b); **BL 2850**, fol. 101r-102r; **VL 6343**, fol. 107r-107v; **Paris 4172**, fol. 133v-134v; **Stuttgart 61**, fol. 470r-471r; **Wien 5474**, fol. 84r-84v. (Gelbe Stellen in Kopien von BL 2825 nicht lesbar)*

**ME 23**. CONSTITUTIO, QUOD GRATIE SUB DATA DIEI OBITUS DE BENEFICIIS VACANTIBUS IN PARTIBUS LONGINQUIS SINT NULLE.

Bonifatius etc. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta sic sua privilegia et gratias per ipsum factas moderari debet, ut ex eis non oriantur scandala inter Christifideles et nemini detur ex inde occasio malignandi. Sane sicut nuper accepimus, dudum nonnulli per importunas eorum instantias obtinuerant[a] a nobis gratias super diversis dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et prebendis, ecclesiis parochialibus ac aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus curatis et non curatis extra Romanam curiam vacantibus per obitus diversorum extra dictam curiam etiam in locis ab ipsa curia valde remotis defunctorum sub data *(!)* dierum obitus predictorum defunctorum in preiudicium et gravamen aliorum, qui a nobis gratias expectationum prius obtinuerant, se ad huiusmodi dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas,

ecclesias ac alia beneficia supradicta extendentes ac etiam prelatorum et ordinariorum, ad quos huiusmodi dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum et prebendarum, ecclesiarum et beneficiorum ipsorum collationes, provisiones, presentationes, electiones seu quevis alias dispositiones pertinere noscuntur, non sine gravi scandalo prelatorum et ordinariorum predictorum, quodque nonnulli alii cum earum[b] importunis precibus obtinuerunt a nobis, quod quibusdam aliis, qui in diversis benefiis ecclesiasticis super quorum aliquibus forsan in Palatio apostolico litigabatur et super aliis, super quibus nulla lis pendebat, perpetuum silentium etiam ex causis minus iustis imponeretur, propter quod in multis mundi partibus diversa scandala sunt secuta, nos igitur volentes huiusmodi scandalis in posterum obviare et super premissis de opportuno remedio, quantum est possibile, providere tenore presentium statuimus et etiam ordinamus, quod illi, qui huiusmodi gratias sub dat. diei obitus illorum, qui dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas, ecclesias ac alia beneficia huiusmodi obtinebant et extra dictam curiam in locis ab ipsa curia remotis, ut prefertur, decesserunt, obtinerunt[c] a nobis

*Paris 4172 folgt* quam etiam illi, qui in posterum impetraverunt, illi videlicet, qui iam impetraverunt (diese Stellen auch in BL 2825?)

et effectum huiusmodi gratiarum ante dat. presentium litterarum non sunt consecuti, deinceps effectum ipsum ipsarum gratiarum consequi nequeant

illi vero, qui forsan in futurum similes gratias impetrabunt effectum gratiarum ipsarum de cetero obtinere non possint

et locorum ordinarii et alii, ad quos eorundem dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum et prebendarum, ecclesiarum et aliorum beneficiorum collationes, provisiones, presentationes, electiones et quevis alie dispositiones pertinent, illos admittere nullatenus teneantur ac executores eis per litteras apostolicas super huiusmodi gratiis assignari[d]

et in antea assignandi

ad executionem litterarum ipsarum nullatenus debeant nec possint procedere. Statuimus autem et ordinationem huiusmodi ad dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas ac ecclesias et alia beneficia ecclesiastica, que in Romane curia vel in locis ultra duas dietas legales a dicta curia non distantibus et vacaverant et de quibus per nos ante dat. presentium etiam sub dat. obitus illa obtinentium provisum fuerat,

vel deinceps providebitur,

volumus non extendi. Quoad illos autem, quibus, ut prefertur, super beneficiis in quibus ius habebant per nos silentium fuit impositum

vel in futurum imponi contingeret

taliter duximus providendum videlicet ut, nisi silentium huiusmodi ex iustis et omnino veris et rationabilibus ac expressis causis im positum fuerit, huiusmodi silentii impositiones sint casse et irrite nulliusque roboris vel momenti ac illis[e], quibus taliter silentium per nos impositum extitit,

vel in posterum imponentur, perinde

ius suum prosequi et obtinere valeant, ac si eis silentium per nos impositum minime extitisse.

Statutum autem et ordinationem ac provisionem huiusmodi ad gratias similes supradict. etiam motu proprio per nos iam factas et in antea faciendas nec non ad impositionem silentiorum per nos simili motu factas et de cetero faciendas extendi volumus et in eis locum sibi decernimus vendicare. Et insuper

ex nunc irritum decernimus et inane, quidquid contra statutum et ordinationem ac provisionem nostram huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, voluntatis, provisionis et constitutionis[f] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertiodecimo kalendas novembris pontificatus nostri anno decimo[g][1].

---

[1] *1399 Oktober 20.*

---

[a] obtinuerant *Paris 4172* obtinuerunt
[b] earum *Paris 4172* eorum
[c] obtinerunt *Paris 4172* impetraverunt
[d] assignari paris assignati
[e] illis *Paris 4172* illi
[f] et constitutionis *fehlt Paris 4172*
[g] *Layoutendnote*

***Arm. 82**, fol. 168v; **Reg. Lat. 17**, fol. 256v; **Firenz 45**, fol. 23vb; **Napoli 12**, fol. 93v; **Druck:** Merkel, Documenta S. 153 Nr. 14 (nach Firenze, Bibl. Riccardiana 229); Tangl, Kanzleiordnungen S. 132 Nr. 23 (nach BL 2825); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 1 Nr. 2 (mit Datum 1394 Juli 24).*

**ME 24.** DECLARATIO QUOD SCRIPTORES LITTERARUM APOSTOLICARUM SUNT ET SEMPER FUERUNT VERI FAMILIARES PAPE ET SEDIS APOSTOLICE.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus a nonnullis in dubium verteretur[a], an scriptores litterarum apostolicarum sint veri familiares nostri ac sedis apostolice et ut tales reputari ac privilegiis, honoribus, immunitatibus et favoribus familiaribus nostris dicteque sedis competentibus et competituris uti de-

beant et gaudere, nos ad huiusmodi ambiguitatis dubium tollendum ex certa scientia tenore presentium auctoritate apostolica declaramus, scriptores ipsos fuisse et esse veros familiares nostros et dicte sedis et ad instar predecessorum nostrorum Romanorum pontificum eos ut tales reputavimus hactenus et etiam reputamus ac ipsos huiusmodi privilegiis, honoribus, immunitatibus et favoribus effectualiter uti potuisse atque posse et uti volumus et gaudere. Nulli ergo etc. Rome apud Sanctum Petrum, nono kalendas augusti pontificatus nostri anno secundo[b1].

---

[1] *1391 Juli 24*.

---

[a] verteretur *MERKEL* revocetur
[b] *Layoutendnote*

***Reg. Vat. 317**, fol. 323v; **Stuttgart 61**, fol. 464v-466r; **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 2 Nr. 6.*

## **ME 26**. DECLARATIO QUOD VERI FAMILIARES DICUNTUR ET COMMENSALES.

(Bonifatius IX., Konstitution) Dudum videlicet III nonas ianuarii pontificatus nostri anno primo,

familiares servientes et actu ratione officiorum suorum continui et domestici commensales ... camerarius, thesaurarius, subdiaconus, cubicularii nostri, clerici Camere apostolice, capellani continui et domestici commensales, accoliti et scutiferi nostri, pannecterius, buticularius et emptor nostri, magister et clericus capelle et magister et clericus coquine nostre, magister aque, magister forrarie, magister vasalle, magister stabuli et magister cere hospitii nostri ...

Rome apud Sanctum Petrum, V kalendas iunii anno XI[a1].

---

[1] *1400 Mai 28.*

---

[a] *Layoutendnote*

***Napoli 12**, fol. 1v.*

## **WI 1**. FOR(M)A DANDI REG(U)LAM CANCELL(ARIE)

Bartholomeus Francisci p(re)positus eccl(es)ie sancti Stephani Praten(sis) Pistoriens(is) dioc(esis) ap(osto)lice sedis notarius ac de man(da)to sanc(tissi)mi in Christo p(at)ris et d(omi)ni n(ost)ri d(omi)ni Bonifatii divi(n)a p(ro)videntia p(a)pe VIIII officium Cancellar(ie) s(anc)te Roman(e) ecc(lesi)e regentes [!] univ(er)sis et singulis, ad quos p(rese)ntes l(itte)re pervenerint, sal(u)t(em) in d(omi)no sempiternam et p(rese)ntib(us) fidem indubiam fidelem [!; statt fidem] credulam adhibere. Quia decens est et congruu(m), cum expediens

fuerit veritati testimo(n)iu(m) p(er)hibere, ideo nos ad instantia(m) discreti viri d(omi)ni Andree Augerii canonici ecc(lesi)e Aquilegen(sis) tenore p(rese)ntium notum vobis facim(us), q(uo)d int(er) aliquas ordinat(i)o(n)es et regulas per felic(is) recordat(i)o(n)is d(ominu)m G(re)g(orium) XI in pred(ic)ta Cancellar(ia) factas et descriptas atq(ue) p(er) sancte memorie Urbanu(m) p(a)pam VI et demu(m) p(er) p(re)d(ictu)m d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m modernu(m) approbat(as), B(onifacium) p(a)pam VIIII conf(ir)matas et approbatas, est una, cuius tenor talis est - Ponatur tenor. - In cuius rei testi(m)oni(um) et certitu(di)nem pleniorem pred(ic)tam regulam p(rese)ntib(us) inseri fecim(us), sigilli n(ost)ri appensione mun(ir)i. Dat(um) etc.

***BL 2825**, fol. 106r; Paris 4172, fol. 125r-126r.*

**ME 27**. CONSTITUTIO BONIFATII VIII SUPER INTERDICTO POSITO PRO PECUNIARIO DEBITO, QUE INCIPIT „PROVIDE“.

Iustis petentium desideriis ... Datum etc. Rome apud Sanctum Petrum, idibus novembris anno primo[a][1], vor allem wegen der Marginalie in BL 2825 fol. 106r.

---

[1] *1389 November 13.*

---

[a] Rome - primo *von jüngerer Hand*

***BL 2825**, fol. ;* ***Teildruck:*** *HOFMANN, Forschungen 2 S. 2 Nr. 5;* ***Regest:*** *TANGL, Kanzleiordnungen S. 132 Nr. 24.*

**ME 28.** REDUCTIO SCRIPTORUM.

Ex provisione salubri,
Urbani pape VI vestigiis inherendo importuna quorundam instantia devicti nonnullos quosdam videlicet etiam quandoque clericos vel laicos huiusmodi eorundem scriptorum numero, etiam absque eo, quod aliquis ex ipso numero deforet, aggregari, alios recedentibus seu absentibus aliquibus ex scriptoribus antedictis ab ipsa curia ad officium ipsum eiusque liberum exercitium, donec absentes huiusmodi ad eandem curiam redirent, alios vero ex ipsis ad scribendum litteras huiusmodi absque eo, quod aliquam portionem emolumenti officii supradicti perciperent seu percipiant, admitti mandavimus ac fecimus et propterea ipsorum scriptorum multitudine aucta officium predictum ad non levem inconvenientiam est deductum ... per contractum matrimonii seu alias quovis modo ...

Rome apud Sanctum Petrum, XVI kalendas martii anno octavo[1].

[1] *1397 Februar 14*.

***Berlin 861***, *fol. 39r.*

**ME 29.** DE CONCURRENTIBUS

Cardinalis prefertur concurrenti secum in dat(a) nisi constaret de prioritate temporis. In concurrentibus quoad beneficia vacantia, si sunt in eodem rotulo, tunc artenditur (!) ordo scripture.

In diversis rotulis vel supplicationibus prefertur sufficientior.

In concurrentibus in rotulis ante expeditionem litterarum prefertur sufficientior et assignatur sequens dies pro dat(a) minus sufficientiori et si alter est absens, prefertur presens, dum tamen absens non sit graduatus alias prefertur presenti non graduato.

Si autem absens non esset graduatus et non posset constare plene de sufficientia eius, vicecancellarius poterit facere, sicut ei placet. Si autem littere unius essent expedite, tunc secunda dat(a) assignetur alteri, magistri et licentiati et baccalarii formati in theologia, qui habent gratias in rotulo Parisiensi preferuntur quibuscumque gratuatis, in aliis facultatibus in dictis rotulis contentis, etiamsi in litteris factis vel faciendis dictorum graduatorum vel alicuius ipsorum clausula concurrentie exprimatur, et voluit papa, quod de hoc fierent littere opportune.

Dominus Bonifatius papa modernus declaravit, quod concessiones per eum facte et faciende aliquibus, ut preferri debeant aliis secum concurrentibus vel eos precedentibus in dat(a), sint nulle, etiamsi tales quibus concessiones huiusmodi facte sunt, fuerint vigore concessionum huiusmodi beneficia assecuta. Et deinde declaravit, quod familiares sui debeant secum in dat(a) concurrentibus preferri.

***Wolfenbüttel 382***, *fol. 176v.*

PAPA CONCEDIT VICECANCELLARIO, UT RESIGNATIONEM, QUAM QUIS INTENDIT FACERE DE BENEFICIO SUO, ADMITTAT ET POSTMODUM HUIUSMODI RESIGNATIONE ADMISSA IDEM BENEFICIUM ALTERI CONFERAT.

**ME 30.** Bonifatius etc., venerabili fratri nostro episcopo Prenestino sancte Romane ecclesie vicecancellario[1], salutem etc. Apostolice sedis providentia circumspecta ad idem libenter intendit, ut de beneficiis ecclesiasticis, dum ea vacare contingit, utiliter valeat provideri.

Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius etc. canonicus ecclesie etc. canonicatum et prebendam, quos in dicta ecclesia obtinet, certis ex causis rationabilibus libere resignare proponat, nos votis ipsius favorabiliter adiunctis ac volentes dilecto filio N. apud nos debiti et morum etc. harum intuitu nec non consideratione etc. supplicanti gratiam facere specialem circumspectioni tue, ad qua in hiis et aliis fiduciam gerimus in Domino specialem etc., committimus et mandamus, quatinus auctoritate nostra hac vice dumtaxat a dicto N. vel procuratori suo eius nomine ad hoc legitime constituto resignationem huiusmodi, si illam sponte et libere facere voluerit, auctoritate nostra recipias et admittas eaque recepta et admissa dictos canonicatus etc., quarum fructus etc. non excedunt, sive per huiusmodi resignationem sive alio quovis modo vacaverint, etiamsi dictus N. fuerit etc., cum plenitudine iuris conferas et assignas, inducens etc. eundem. Contradictores etc. Non obstantibus quibuscumque etc. generari seu si venerabili etc. aut si presens etc. Ceterum, cum non sit verisimile, quod quis beneficia sua multis forte laboribus acquisita, ex quibus vite subsidium percipit suum, sine magna causa sponte resignet, attente provideas, quod in resignatione huiusmodi ex parte N. vel N. predictorum aliquo modo simoniaca pravitas non interveniat vel etiam corruptela. Nos[a] enim ex nunc irritum etc. Datum.

---

[1] *Francsicus Moricotti.*

---

[a] *Wolfenbüttel 382 folgt* ex

***BL 2825**, fol. 108v-109r u.a.m.; **Paris 4172**, fol. 127v-128r.*

Narratur constitutio facta de exprimendo valorem vero secundum communem extimationem [... weggeschnitten] dicta constitutio in vacan(tibus) ex causa permutationis.

**ME 31**. Bonifatius etc. Cum eius sit interpretari ..., Rome apud S. Petrum, 5 idus novembris anno 1[1].

---

[1] *1389 November 5.*

***OS 57**, fol. 100v.*

**ME 25**. RECESSUS CARDINALIS FLORENTINI AD UNGARIAM.

Anno, pontificatu et indictione predictis ‹MCCCC tertio indictione XI›, die lune XVIII mensis iunii reverendissimus in Christo pater et dominus dominus A. cardinalis Florentinus reces-

sit a Romana curia et accessit in legationem in regnum Ungarie et concessa fuit sibi abs(e)n(ti)a communium et minutorum servitorum fiendorum[1].

---

[1] *Der Card. Florentinus nahm am Konklave nach dem Tod Bonifaz IX. teil, vgl. fol. 118v.*

***Reg. Lat. 103**, fol. 197s; **Druck:** Hofmann, Über den Corrector S. 95f.; Regest: Hofmann, Forschungen 2 S. 5 Nr. 7.*

**ME 32**. CONSTITUTIO SALARII CORRECTORIS PRO LITTERIS IUSTITIE.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Michaeli de Dulcineo litterarum apostolicarum correctori et familiari nostro salutem etc. Quoniam varietate temporum causante interdum aliqua sedis apostolice officia emolumentis solitis partim destituuntur, consuevit eadem sedes equa semper in omnibus distributrix illa ex huiusmodi officiis, que reformationis ministerio noscuntur indigere, debite reformare sueque moderationis linia in melius emendare, prout rerum et personarum qualitate pensata id conspicit rationabiliter expedire. Sane quia sicut nobis innotuit officium correctorie litterarum apostolicarum, quod inter cetera Romane Curie officia famosum et valde honorabile existit ac viris scientia, moribus, preditis singulariumque meritorum insigniis pollentibus per sedem eandem concedi consuevit, a pluribus annis retroactis et presertim a tempore, quo dolendum instans scisma viguit, emolumentis consuetis, que corrector litterarum apostolicarum pro tempore a Camera apostolica pro sua provisione percipere solebat et que ad summam ducentorum florenorum auri de Camera vel circa annuatim ascendebant, fuit prout est omnino destitutum, ipsique correctori pro huiusmodi sua provisione ab eadem Camera, que hiis periculosis et turbulentis temporibus variis et excessivis expensarum premitur, oneribus nihil penitus ministratur, quamvis eidem correctori multa incumbant onera et labores et inter cetera ad ipsius officium pertineat apostolica rescripta excutorias et quasvis alias litteras iustitiam continentes, que etiam in domo habitationis eiusdem correctoris computantur et ab eadem domo ad Audientiam contradictarum deferuntur nec non similiter litteras quarumcumque provisionum patriarchalium, metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum ac monasteriorum in domo ipsa videre, examinare, corrigere et signare et easdem provisionum litteras pro ipsarum expeditione ad Cancellariam nostram presentare ac etiam procuratores causarum et notarios publicos, qui in Romana Curia fiunt pro tempore, de mandato vicecancellarii sancte Romane ecclesie vel dicte Cancellarie officium regentis examinare et eos approbare vel reprobare secundum idoneitatem personarum ac iuramentum fidelitatis ab eis recipere ipsosque sic examinatos cum sua cedula ad dictam Cancellariam remittere debet et

consuevit ac omnia documenta videlicet privilegia, instrumenta, executorias videre et examinare ac dubia iuris circa illa emergentia in dicta Cancellaria coram presidentibus ibidem referre et recitare et de hiis omnibus laboribus dictus corrector nihil percipere consuevit nec recipit. Nos igitur attendentes, quod nullus debet propriis stipendiis militare ac volentes, quod in omnibus premissis ordo debitus observetur ac premissorum consideratione officio correctorie predicto ac tuis opportunitatibus de alicuius subventionis auxilio providere cupientes auctoritate apostolica tenore presentium statuimus, volumus et etiam ordinamus, quod de cetero pro singulis apostolicis litteris iustitiam concernentibus, que ad correctoriam portabuntur, videlicet pro quolibet rescripto simplici quarta pars unius grossi, de rescripto vero taxato medius grossus et de qualibet executoria unius aut plurium sententiarum unus grossus, de singulis vero provisionibus in hunc modum, videlicet si fuerit provisio ecclesie patriarchalis, metropolitane vel cathedralis tres grossi, si vero alicuius monasterii duo grossi. Quorumquidem grossorum decem valent florenum auri de Camera tibi realiter persolvatur (sic) ac tibi huiusmodi pecunie quantitatem iuxta ordinationem supradictam pro tuo stipendio ab illis, quorum interest seu intererit, petendi, exigendi et recipiendi ac in tuos usus convertendi auctoritate apostolica concedimus facultatem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, secundo idus maii anno tercio decimo.

***Reg. Lat. 17**, fol. 256v; BL 2825, fol. $$$; VL 3984 fol. 143v; **Druck:** Tangl, KO S. 132 Nr. 23; **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 1 Nr. 2.*

**ME 33.** Bonifaz IX. erklärt, dass die Skriptoren der päpstlichen Kanzlei wie schon unter seinen Vorgängern als veri familiares des Papstes zu gelten haben und deren Vorrechte genießen.[1]

[1] *1391 Juli 24.*

***Reg. Lat. 89**, fol. 180; **Reg. Lat. 100**, fol. 104; **Reg. Lat. 100**, fol. 55; Regest: Hofmann, Forschungen 2 S. 1 Nr. 3.*

**ME 34**. Bonifaz befielt allen abwesenden Skriptoren und Beamten der päpstlichen Kurie an die Kanzlei zurückzukehren und ihre Ämter wieder aufzunehmen.

(Vgl. die weiteren Ausführungen von H., der auf das verlorenen Original von 1394 Feb. 7 und das erhalten gebliebene Regest von Raynaldus in BAV Vat. lat. 6952, fol. 48v verweist).

***BL 2850**, fol. 111r-111v; **VL 6343**, fol. 115r-115v; **Firenze 45**, fol. 24ra (vgl. dazu auch Benedikt XII. Nr. 17B). Klären, ob noch in anderen Hss.*

Decernentur tenores quarundam litterarum Clementis VI in registro ipsius repertarum et fidem ipsis in iudicio et extra adhiberi.

**ME 35**. Bonifatius IX., Konstitution *Provisionis nostre debet provenire*, ohne Datum (1394 September 23).

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl